www.e-rara.ch

# P. Ovidii Nasonis poetae Sulmonensis fastorum libri VI

**Ovidius Naso, Publius**

**Basileae, anno 1550, mense Martio**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-133905

Liber Secundus

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# P. OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER SECVNDVS.

## B. MERVLÆ IN SECVNDVM OVIDII DE TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

A MER. QVID mihi uobiſcũ eſt. Precatur Auguſtum Ouidius, ut ſi non reditum uelit, mitius tamen, ac tutius exilium concedat. Dicitq́; ſe tentare, ſi fortè carmina, quæ illi antea nocuere, nunc poſsint ſalutem reddere: quemadmodum Achillis haſta, quæ Telephum & uulnerauit & ſanauit. Longo igitur & artificioſo carmine conatur Cæſarem placare, oſtendens ſe multa de eo ſcripſiſſe. Enumeratq́; poetas alios quamplurimos, qui nunquam ulla clade affecti ſunt, quamuis mordacia aut turpia poemata ediderint. Quid mihi uobiſcum eſt. Apoſtrophe eſt ad libellum. Eſt autẽ ordo: O' libelli, ap-

B poſitiuè, cura infœlix, quid eſt mihi uobiſcum? Ingenio meo: nam propter præcepta artis amatoriæ ſum in exilium eiectus. Muſas modò dãnatas: carmina mea, quæ paulo antè Auguſtus damnauit. Eſt autẽ hoc quoq; per Appoſitionem dictum. Fœmina uirq́;: nam docui & uiros & fœminas amare, in libris de Arte amãdi. Quod ipſe lib. 3. de Arte aman. etiã docet eo uerſu: Arma dedi Danais in Amazonas, arma ſuperſunt. Ab arte inuiſa, à præceptis de Arte

C amandi illi odioſis. Deme mihi ſtudium, adime mihi laſciuiã ſcriptorum meorũ. Idem etiam Martial. Laſciua eſt nobis pagina, uita proba eſt. Et Catull. Nam caſtum eſſe decet pium poetam Ipſum, uerſiculos nihil neceſſe eſt. Acceptum refero uerſibus, fateor me à uerſibus accepiſſe. [Eſt autem græciſmus, pro, Me eſſe nocentem.] Hoc precium uitæ, hoc præmiũ uitæ anteactæ: quòd ſcilicet pœnã ingenio reperi. Saxa memor refero. Ordo eſt: ego memor rurſus refero pedem ad ſaxa icta, hoc eſt ad ſaxa pede percuſſa. Aut certè icta, pro ictus accipitur. [Sed poſterius horum procedit, propter accuſatiuos ſaxa & pedem, quorum alterum in accuſatiuum mutari neceſſe foret.] Forſitan ut quon-

D dam. Hiſtoriam Telephi diximus in enarratione eius uerſus Ouidij de Remedio amoris: Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti, Vulneris auxiliũ Pelias haſta tulit. Et Diodorus lib. 5. eam refert. Teuthrãtia regna: Myſiæ regna, quæ tenuit rex *Teuthrantus: qui uirili ſtirpe carens, Argiopen filiã Telepho deſpon-

* Teuthras

E dit, eumq́; reliquit regni ſucceſſorem. Mouit iram, iraſci fecit Auguſtum. Carmina turrigeræ. Opem turrigeram eam eſſe quidam exiſtimant, quam Bonam deam appellabant. nam illam Faunam, Opem, & Fatuam nominatam fuiſſe, in libris Pontificum ſcribit Macrob. Sunt etiã qui dicant hanc deam potentiam habere Iunonis. Eandem alij Proſerpinam, alij Semelen crediderunt. Magis placet de Ope Saturni cõiuge intelligas, de qua ita ſcribit Macrob. Opem Saturni coniugem crediderunt, & ideo eodẽ menſe Saturnalia & Opalia celebrari conſueuerunt, quòd Saturnus, eiusq́; uxor tam frugum, quàm fructuũ repertores eſſe cre-

F duntur. Itaq; omni iam fœtu agrorum coacto, ab hominibus hos deos coli, quaſi uitæ cultioris auctores. Quos etiam nonnullis Cœlũ & Terram eſſe perſuaſum eſt, Saturnumq́; à ſatu dictum, cuius cauſa de cœlo eſt: & Terram Opem, cuius ope humanæ uitæ alimenta quæruntur. Vel ab opere, per quod fructus frugesq́; naſcuntur. Huic deæ ſedentes uota concipiunt, terram'que de induſtria tangunt, demonſtrantes ipſam matrem terram eſſe mortalibus appeten-

G dam. Philochorus Saturno & Opi primùm in Attica ſtatuiſſe aram Cecropen dicit, & eos pro Ioue Terraq́; coluiſſe: inſtituiſſeq́;, ut patres familiarum, & frugibus & fructibus iam coactis, paſsim cum ſeruis ueſcerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure tolerauerant. Delectari enim deum honore ſeruorum, contemplatu laboris. Huius deæ ædes fuit in Capitolio, ut ſcribit Liuius de bello Macedonico, libro nono. Huic autem deæ ſacrificari, & carmina cantari iuſsiſſe Au-

H guſtum crediderim, ut dea redderet mortalibus uitæ alimenta. Sub eo enim famem ſitimq́; in Italia fuiſſe, Plinius eſt auctor. Opi turrigeræ, Opi coronam turritam gerenti. Ea enim eſt Terra, ut diximus: cui ſuppoſitæ ſunt ciuitates, quas inſignitas turribus conſtat, ut etiam Seruius ſcribit. Potes etiam accipere, carmina hæc à matronis, Auguſti iuſſu cantata fuiſſe ludis Megaleſiacis, quos in Palatio ante templum, in ipſo matris magnæ conſpectu

De coron turrita, & cæteris in gnibus M gnæ ma & quid ea significent, Lucretium uide lib. 5.

### ELEGIA I.

QVID mihi uobiſcum eſt, infœlix cura, libelli,
Ingenio perij qui miſer ipſe meo?
Cur modò damnatas repeto, mea carmina, Muſas?
An ſemel eſt pœnam commeruiſſe parum?
Carmina fecerunt, ut me cognoſcere uellent,
Omine non fauſto fœmina uirq́; meo.
Carmina fecerunt, ut me moresq́; notaret
Iampridem inuiſa Cæſar ab arte meos.
Deme mihi ſtudium, uitæ quoq; crimina demes:
Acceptum refero uerſibus eſſe nocens.
Hoc precium uitæ, uigilatorumq́; laborum
Cepimus: ingenio eſt pœna reperta meo.
Si ſaperem, doctas odiſſem iure ſorores,
Numina cultori pernicioſa ſuo.
At nunc tanta meo comes eſt inſania morbo,
Saxa memor refero rurſus ad icta pedem.
Scilicet ut uictus repetit gladiator arenam,
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas.
Forſitan ut quondam Teuthrantia regna tenenti,
Sic mihi res eadem uulnus opemq́; feret.
Muſaq́; quæ mouit, motam quoq; leniet iram.
Exorant magnos carmina ſæpe deos.
Ipſe quoq; Auſonias Cæſar matresq́; nurusq́;
Carmina turrigeræ dicere iuſsit Opi.

A conſpectu Megalenſibus fieri, celebrariq́; uoluerunt, qui fuerunt more inſtitutisq́; maximè caſti, ſolennes, religioſiq́; : ut Cicero docet in oratione de Aruſpicum reſponſis. Superior ſententia E magis placet.

Iuſſerat & Phœbo dici, quo tempore ludos
 Fecit, quos ætas aſpicit una ſemel.
His precor exemplis tua tunc mitiſsime Cæſar
 Fiat ab ingenio mollior ira meo.
Illa quidem iuſta eſt, nec me meruiſſe negabo,
 Non adeò noſtro fugit ab ore pudor.
Sed niſi peccaſſem, tu quid concedere poſſes?
 Materiam ueniæ ſors tibi noſtra dedit.
Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat
 Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.
Nunc ubi detonuit, ſtrepituq́ꝫ exterruit orbem,
 Purum diſcuſsis aera reddit aquis.
Iure igitur genitorq́ꝫ deûm, rectorq́ꝫ uocatur:
 Iure capax mundus nil Ioue maius habet.
Tu quoq́ꝫ cum patriæ rector dicare, paterq́ꝫ,
 Vtere more dei nomen habentis idem.
Idq́ꝫ facis, nec te quiſquam moderatius unquam
 Imperij potuit frena tenere ſui.
Tu ueniam Partho ſuperato ſæpe dediſti,
 Non conceſſurus quam tibi uictor opem.

MER. Iuſſerat & Phœbo dici. Seculares ludos deſignat, qui fiebant poſt centum annos: quia ſeculum in centũ annos extendi exiſtimabant, ut ſcribit Pompeius. Cenſorinus ſcribit, ſeculũ eſſe ſpaciũ uitæ humanæ longiſsimum, partu & morte diffinitum. Idem paulo pòſt ita ſcribit: Romanorum autem ſecula quidam ludis ſecularibus putant diſtingui: cuius rei fides ſi certa eſt, modus Romani ſeculi eſt incer-
B tus. Temporum enim interualla, quibus ludi iſti debent referri, non modò quãta fuerint retrò, ignoratur: ſed ne quidẽ quanta eſſe debeant, ſcitur. Nam ita inſtitutum eſſe, ut centeſimo quoque anno fierent. Id tum Antias, aliq́; hiſtorici auctores ſunt, tum Varro de Scenicis originibus libro primo ita ſcriptum reliquit: Quum multa portenta fierent, & murus, & turris, quæ ſunt inter portam Collinam & Gabiuſam, de cœlo eſſent tacta, & ideo libros Sibyllinos decemuiri adijſſent, renunciauerunt, uti Diti patri, & Proſerpinæ ludi Tarentini in campo Martio fierent tribus noctibus, & hoſtiæ furuæ immolarẽtur, utq́; ludi centeſimo quoq; anno fierent. Item T. Liuius lib. 136. Eodem anno ludos Seculares Cæſar ingenti apparatu fecit, quos centeſimo quoq; anno (is enim terminus ſeculi) fieri mos, utq́; decimo centeſimo quoq; anno repetantur tam commentarij quindecim uirorum, quàm diui Auguſti edicta teſta
C ri uidentur. Adeò ut Horat. Flac. in carmine, quod de Secularibus ludis cantatum eſt, id tempus hoc modo deſignauerit: Certus undenos decies per annos Orbis ut cantus, referatq́; ludos Ter die clara, totidemq́; grata Nocte frequentes. Quibus uerſibus pa
† tertio tet, Seculares ludos centeſimo † decimo anno fieri ſolitos. Illud obiter monendum uidetur, Cẽſorini locum antea adductum, perperam ita legi, Quæ ſunt inter portam Collinam & quibuſdam. Alij Exquilinam legunt. Nos non Quibuſdã, non Exquilinam, ſed Gabiuſam emendauimus. Fuit enim porta Gabiuſa Romæ, inter quam & Collinam portam, Quirinalis fuiſſe legitur: ſic appellata, quòd recta in Gabios duceret. Eam de cœlo tactam fuiße commemorat Liuius. Carminis autem Secularis (ut ſcribit Acron) duplex deuotio eſſe conſueuerat: aut enim pro ſedanda, uel pro uitanda peſtilentia: aut pro certo & conſtituto numero annorum. Centeſimo enim decimo (ut diximus) anno in Capitolio à pueris & puellis impuberibus cantabatur. Fiebant autem ludi Seculares (ut tradit Zoſimus, græcè referens Sibyllinos uerſus ſuper his editos) in campo Martio, & noctu & interdiu. Parcis autem furuæ agnæ mactabantur, caprigenumq́; pecus. Similiter & Dianæ. Terræ uerò ſcropha, Ioui tauri candidi in-
D terdiu, Iunoni nitida iuuenca. Apollini pæanas Latini pueri patrimi & matrimi, & puellæ patrimæ & matrimæ canebant in templo. Nuptæ ad arã Iunonis orabant. Accipiebant februa uiri & fœminæ, ſed in primis fœminæ. Dehinc in templis ferè omnibus primitias dijs offerebant. Sic enim agendo, toti Italiæ Romanos dominaturos, in libris Sibyllinis ſcriptũ erat. Primo igitur die quindecim uiri manè Capitoliũ aſcendebant, ibiq́; ſacra de more faciebant. Tum in theatris conueniebant ad ludos in honorem Apollinis & Dianæ faciẽdos. Sequenti uerò die nobiles matronæ conueniebant in Capitolium, ſupplicabant deo, frequentabant lectiſternia, cane- F
bant hymnos. Tertio deniq; die in templo Apollinis Palatini ter noueni pueri prætextati, totidemq́; uirgines patrimi omnes, et matrimi, Græca Romanaq́; uoce carmina & pæanas concinebant: quibus & imperium, & incolumitatem populi dijs commendabant. Ludi autem celebrabantur omnibus theatris omnium generum, & ſacrificia templis omnibus fiebant noctu pariter, atq; interdiu. Primus autem Valerius Publicola cõſul poſt reges exactos, Seculares ludos inſtituit, poſt Romam conditam annis ducentis & quinquaginta. Quintos autem ab his Cæſar Auguſtus, & Agrippa fecerunt. Quibus uerò conſulibus reliqui facti fuerint, & quibus temporibus, abundè Cenſorinus refert.

Vbi detonuit, poſtquam tonare deſitum eſt. quaſi dicat, Poſt pluuiam ſolet Iupiter ſerenitatem terris inducere. Scribit Plinius, tonitrua eſſe impactorum ignium plagas, ideoq́; protinus coruſcare igneas nubium rimas. Anaximandrus dixit, tonitrua G
eſſe nubis ictæ ſonum. Ariſtoteles multo ante ignem colligi non putat, ſed eodem momento exilire, quo fiant. Cuius ſententia talis eſt: Duæ partes in imo iacent, terra & aqua, utraq; ex ſe reddit aliquid. Terreus uapor ſiccus eſt, & fumo ſimilis: qui uentos, fulmina, & tonitrua facit. Aquarum halitus humidus eſt, & in imbres & niues cadit. Sed ſiccus ille terrarum uapor in uentis origo eſt: quia coaceruatus eſt, quum coitu nubium uehementer à latere eliditur. Deinde ut latius feriat nubes proximas, hæc plaga cum ſono incutitur, qualis in noſtris ignibus redditur, quum flamma uitio lignorum uirentium crepat. Et illic ſpiritus habens aliquid humidi ſecum, conglobatusq́; rumpitur flamma. Eodem modo ſpiritus ille, quem paulo antè exprimi colliſis nubibus dixi, impactus alijs, non rumpi, nec exilire ſilentio poteſt. Diſsimilis autem crepitus fit ob diſsimilem impactionẽ nubium. Quare aliæ maiorem ſonitũ habent, aliæ minorem. Cæterùm illa uis expreſsi ſpiritus ignis eſt, qui fulgurationis nomẽ habet, leni impetu accẽſus & uanus. Antè aũt uidemus fulgorẽ, quàm ſonum audiamus: quia uelocior eſt oculorũ ſenſus, & multũ aures antecedit. Vtere more dei, more Iouis poſt tonitrua ſerenitatẽ induc. ex quo latẽter reditũ precatur. Numen habentis idẽ: ha- H
bẽtis eandẽ diuinitatẽ, quã tu quoq; habes. Tu ueniã. Auguſtus finito Hiſpano bello, in Syriã ad componendũ Oriẽtis ſtatũ peruenit, metũq́; Phraarti iniunxit, ne bellũ Parthiæ uellet inferre.

Itaq;

A Itaq; tota Parthia captiui ex Craßiano, ſiue Antonij exercitu recollecti,ſignaq; cum his militaria Auguſto remiſſa. Sed & filij,nepotesq; Phrahartis obſides Auguſto dati : plusq; Cæſar magnitudine nominis, quàm armis alius imperator facere potuiſſet. auctor Iuſtinus. De expeditione Parthica plura diximus in Ouidium de Arte amandi:quam non à Tiberio,ſed à Caio ſumptam fuiſſe,in ſecunda editione emendauimus, Senecæ auctoritate. Sunt tamen(quod magis etiam placet) qui hunc uerſum ita legant, Tu ueniam parti ſuperatæ ſæpe dediſti:ut ad multos bellis ciuilib. ſuperatos referatur. Nam Tranquillus ita ſcribit in Auguſto : Clementiæ ciuilitatisq; eius multa & magna documenta ſunt, ne enumerem quot, & quos diuerſarum partium uenia & incolumitate donatos, principem etiam in ciuitate locum tenere paſſus ſit. E

MER. Qui tulerant in caput arma tuum. Plin.quoq; meminit, Auguſti uitam ſæpe fuiſſe inſidijs petitam : quo in loco plura ſcripſimus, auctorib. Seneca & Tranquillo. Quæq; dies bellum. Senſus eſt : Eodem die, quo coniuratio in te patuit, coniuratis ueniam placatus dediſti. Parsq;
B ſimul. Coniurati templis deorum dona obtulere, ob placatum imperatorem : tu uerò ob mortis periculū, quod euaſiſti. Sic cur ſe uictum : ſic hoſtis tuus cognoſcit ſe uictum iuſta de cauſa. Contraria arma, bella tibi aduerſa. Per tertia numina, per aquas. Cœleſtia ſidera tardè: ſerò morereris, & in cœlum ires. Sic Horatius: Serus in cœlum redeas, diuq; Lætus interſis populo Quirini. Crimina noſtra, noſtræ criminationes. nam librorum de Arte amādi cauſa me
C in exiliū eieciſti. Eſt autem Appoſitio, nota figura. Inſpice maius opus, aſpice Metamorphoſin. Corpora uerſa, corpora transformata. Inuenies ueſtri, &c. Laudat in Metamorphoſi, & in calce potißimū, Iulium Cæſarē, & Auguſtum.

Diuitijs etiam multos,& honoribus auctos
Vidi,qui tulerant in caput arma tuum.
Quæq; dies bellum,belli tibi ſuſtulit iram:
Parsq; ſimul templis utraq; dona tulit.
Vtq; tuus gaudet miles,qui uicerit hoſtem,
Sic cur ſe uictum gaudeat hoſtis,habet.
Cauſa mea eſt melior:quia non contraria dicor
Arma,nec hoſtiles eſſe ſecutus opes.
Per mare,per terras,per tertia numina iuro,
Per te præſentem,conſpicuumq; deum,
Hunc animum fauiſſe tibi uir maxime,meq;,
Qua ſola potui,mente fuiſſe tuum.
Optaui peteres cœleſtia ſidera tardè,
Parsq; fui turbæ parua precantis idem.
Et pia thura dedi pro te,cumq; omnibus unus
Ipſe quoq; adiuui publica uota meis.
Quid referam,libros illos quoq;,crimina noſtra,
Mille locis plenos nominis eſſe tui?
Inſpice maius opus,quod adhuc ſine fine reliqui,
In non credendos corpora uerſa modos.
Inuenies ueſtri præconia nominis illic,
Inuenies animi pignora multa mei.
Non tua carminibus maior fit gloria:nec quo
Vt maior fiat,creſcere poſsit,habet.
Fama Iouis ſupereſt:tamen hunc ſua facta referri,
Et ſe materiam carminis eſſe iuuat.
Quumq; Gigantæi memorantur prælia belli,
Credibile eſt lætum laudibus eſſe ſuis.
Te celebrant alij quanto decet ore,tuasq;
Ingenio laudes uberiore canunt.
Sed tamen ut fuſo taurorum ſanguine centum,
Sic capitur minimo thuris honore deus.

Nec quo, nec qua ratione. Fama Ioui ſupereſt: Iupiter ſatis magnam famam habet, adeò ut illius etiam multum ſuperſit. Belli gigantei, belli ſuſcepti contra gigantes. Animaduerſum à Ioue in gigantes eam ob cauſam dicunt, quòd magnitudine, ac robore corporis confiſi, aduerſis legibus, & multa egerint in homines iniuſta, & propinquas gentes in ſeruitutem redegerint, bellumq; his intulerint, qui ob ſingularia in omnes nationes beneficia dei ſint exiſtimati. Eos autē Iupiter ſuſtulit, in Creta quidem Milinum, in Phrygia Tiphonem. Ante pugnā, quæ cum gigantibus in Creta habita eſt, Iouem ſacrificaſſe dicunt Soli, Cœlo, ac Terræ bouem: quæ ſacra Iouem ſuperiorem fore portendentia,
† tum primùm uires, & ab hoſtibus defectionem, † tamen finem belli
D futurum monſtrarunt. Muſæus quippe ab eis deſciuit, ob idq; ei honores tributi. Ab dijs autē omnes hoſtes cæſi ſunt. Sed & alijs quoq; dijs præſidium belli tuliſſe aduerſus gigantes conſtat. Macedones quidē circa Palenem, Italos in campo, quem à loci conflagratione Phlegræū, poſtmodū Cymeum cognominarunt, à colle, qui olim plurimum ignis inſtar Aetnæ in Sicilia euomens, nunc Veſuuius, multa ſeruās ignis antiqui ueſtigia. In eo campo tradunt fuiſſe homines admodum fortes, et F
ob eorum ſcelera gigantes appellatos : qui cognito Herculis aduētu, inſtructis copijs omnes ei obuiam profecti ſunt, acriq; commiſſa pugna (pollebant enim urib.) ferunt dijs adiutoribus ſuperiorem Herculem, pluribus eorum interfectis, eam regionē omni feritate purgaſſe. Auctor Diodorus. Hic autē per bellum giganteum intelligendum eſt de eo, quod geſtum eſt contra Titanum & eius filios. Titanus enim Cœli filius uxorem habuit Terram, ex qua plures ſu- G
ſcepit filios, cum quibus aduerſus Iouem, deosq; reliquos pugnauit, eiq; cœlum conantes eripere, montes montibus impoſuere: ſed tandē à dijs cæſi, & fulmine interempti ſunt, dicēte Virgilio: Tum partu Terra nefando Cœumq; Iapetumq; creat, ſæuumq; Typhœa, Et coniuratos cœlum reſcindere fratres. Conati ter ſunt imponere Pelio Oſſan Scilicet, atq; Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum. Ter pater extructos diſiecit fulmine montes. Et Propert. Non ego Titanas canerem, non Oſſan Olympo Impoſitum, ut cœli Pelion eſſet iter. Scribit Higinus, ideo dictū eſſe Ioui in bello giganteo aquilam fulmina miniſtraſſe, quòd ea Ioui præbuit uictoriæ augurium. Cæſar quoq; in Arato retulit, Aglaoſthenē dicere, Ioui quum ex inſula Naxo aduerſus Titanas proficiſceretur, & ſacrificium faceret in littore, aquilam in auſpicium aduolaſſe: quam uictor bono omine acceptam, tutelæ ſuæ ſubiugarit. Sacra uerò hiſtoria antè conſediſſe illi in capite, atq; ei regnum portendiſſe teſtatur. Plin. ſcri H
bit, aquilam ſolam auium nunquam fulmine exanimatam, ideo eam armigeram Ioui conſuetudinem iudicaſſe. Illud obiter ſciendum, in Romanorū ſignis aquilas ferri ſolitas, quòd ea auis uniuerſarum

A uerſarum auium regnum habeat, & ſit ualidiſſima. Itaq; illam principatus inſigne putaſſe, omenq; uictoriæ quodcunq; bello pe tierint. Auctor Ioſephus lib. 3. de bello Iudaico. Te celebrant alij. Maronẽ in primis deſignat. Sed tamen, &c. Per centum tauros Hecatomben exprimit. erat enim ſacrificiũ centũ boum, à numero dictum uictimarũ. ἑκατὸν enim centũ ſignificat, et βοῦς bos. Vel quia (auctore Euſtathio) centũ Peloponneſi urbes id faciebant, & à numero ſacrificantium compoſita eſt dictio. Iulius E Capitolinus de hoc ſacrificio ita ſcribit: Hecatombe autẽ tale ſacrificium eſt: Centum aræ uno in loco ceſpititiæ extruuntur, & ad eas centum ſues, centum oues mactantur. Nam ſi imperatorium ſacrificium ſit, centum leones, centum aquilæ, & cætera huiuſmodi animalia centena feriunt. quod quidem etiam Græci quondam feciſſe dicuntur, cum peſtilentia laborarent.

Delicias meas. Vel libros Amorum, uel certè amatoria præcepta intellige. Carmina ne noſtris, &c. oſtendit tibi ille delicias meas, ut tu poſtea credens cætera, in quibus laudes tuæ contine bantur, laſciuia eadem aſperſa illa rejceres. Eſſe ſed irato. Oſtendit latenter multos, & eum B potiſſimũ, qui legit eius delicias Cæſari, fuiſſe ſibi iratũ, propterea quòd ſciebat eum eſſe Auguſto infeſtum. Vel certè dicit ſe omnib. fuiſſe inuiſum, poſteaquam eius carmen damnauit Auguſtus. Vix eram non inimicus mihi, uix mihi erã amicus. Quũ cœpit quaſſata domus. ſimilitudo ſumpta eſt à domo terræmotu, uel alio caſu cõcuſſa:

Ah ferus, & nobis nimium crudelior hoſtis,
Delicias legit qui tibi cunqꝫ meas.
Carmina ne noſtris & te uenerantia libris
Iudicio poſsint candidiore legi.
Eſſe ſed irato quis te mihi poſſet amicus?
Vix tunc ipſe mihi non inimicus eram.
Quum cœpit quaſſata domus ſubſidere, partes
In proclinatas omne recumbit onus.
Cunctaqꝫ fortuna rimam faciente dehiſcunt:
Ipſa ſuo quædam pondere tracta ruunt.
Ergo hominũ quæſitũ odium mihi carmine: quaqꝫ
Debuit, eſt uultus turba ſequuta tuos.
At memini, uitamqꝫ meam, moreſqꝫ probabas,
Illo quem dederas prætereuntis equo.
Quod ſi nõn prodeſt, & honeſti gratia nulla
Redditur, at nullum crimen adeptus eram.
Nec malè commiſſa eſt nobis fortuna reorum,
Vſqꝫ decem decies inſpicienda uiris.
Res quoqꝫ priuatas ſtatui ſine crimine iudex,
Deqꝫ mea faſſa eſt pars quoqꝫ † iuſta fide.

duobus cenſoribus præſidentibus, illiſq; quemlibet ducum, aut imperatorum, ſub quibus militatum ſit, recenſeri: dein de cenſorũ iudicio ſubjci, qui iuxta cuiuſq; meritum uel laudem, uel infamiam tribuunt: quem morem hic quoq; Ouid. deſignat. Quod ſi non prodeſt: quòd ſi nullo beneficio affectus fui ab F Auguſto, ob uitam, aut equeſtrem dignitatẽ bene antè actam. At nullum crimen adeptus eram: ſaltẽ placet, quòd ille me nullo crimine notauit. Nec malè commiſſa eſt. His duobus uerſibus deſignat ſe Poeta centumuirum fuiſſe. In eo enim iudicio cauſæ teſtamentariæ, & hæreditariæ, criminaleſq; etiam audiebantur. Centumuiri autem à numero uirorum dicebantur. Nam quum Romæ eſſent quinq; & triginta tribus, terni ex ſingulis tribubus eligebantur ad iudicandũ: & licet quinq; ſupra centum fuerint, tamen ut facilius nominarentur, centumuiri ſunt dicti. Eorum uerò iudicium centumuiralis haſta nominabatur: quòd poſita in ſuo foro haſta, centumuiri iudicabant: quemadmodum Auctionarij publici, ſiue priuati, in atrio Auctionario haſta præconis (ut inquit Cicero) bona emptori adiudicabant. Eligebantur autem ſorte ex decurijs centumuiri per prætorem, qui iudicarent: quorum numerus non idem in omnib. cauſis erat, ſed maior, aut minor, ut diuerſæ cauſæ acciderant, quibus numerus iudicum ex lege dabatur. Quemadmodum lex repetundarum, qua ratio à ſenatore repeti ſolebat, quinquaginta iudices ex equeſtri ordine dabat, ut docet Cicero pro L. Flacco. Duo uerò & triginta iudices ſederunt in cauſa Oppianici, qui ueneni à Cluentio accuſatus fuit. Iudices autem omnes Romæ in decurias redacti fuere, & eorum ſortitiones ad diuerſas cauſas per prætorem fieri ſolebant, qui eos in legem iurare cogebant. unde iurati iudices dicebantur: notabanturq; in libro prætoris, ne alij ad iudicandum ſupponerentur, auctore Aſconio. De decurijs iudicum ita ſcribit Plinius libro 33. Iudicum quoque non niſi quatuor decuriæ fuere primò, uixq; milia ſingula in decurijs inuenta ſunt, nondũ prouincijs ad hoc munus admiſſis: ſeruatumq; in hodiernum diem eſt, ne quis è nouis ciuibus iudicaret. Fortuna reorum: ſors eorum, qui centumuirali iudicio ſubjciebantur. Cicero pro A. Cluentio: Reſpicite iudices, hominum fortunas, reſpicite dubios uarioſq; caſus, reſpicite Caij Fabritij ſenectutem. H Nec eſt malè commiſſa nobis, nec eſt malè credita iudicio meo: quia rectè iudicaui. Decies decem uiris, hoc eſt, à centumuiris. Res quoq; priuatas ſtatui. Hic Ouidius uidetur oſten

† uicta

qua enim ea ſubſidet & pendet, in eam partem totum onus inclinatur. Cunctaq; dehiſcunt, omnes domus partes aperiuntur. Ipſa ſuo quædã. Ordo eſt: Ipſa, id eſt ipſæ partes domus ruunt ſuo pondere. Quædam tracta ruunt, id eſt, quædam cadunt proprio pondere, nec poſſunt ſtare. Quædam uerò partes ipſius domus ab alijs tractæ labuntur. Per domum autem quaſſatam, ſeip C ſum deſignat. Per omne onus, intelligit odium cunctorum, quod contraxit carminis laſciuia. Per eum autem, qui domum concutit, Auguſtum deſignat. Per fortunam rimam facientẽ, denotat eiuſdem Auguſti potentiam. Per ſuum pondus, accipe Ouidij crimen. Per partes uerò tractas, ſe odio etiã amicorũ exulaſſe profitetur. Prætereuntis equo. Dionyſius lib. 6 ſcribit, in honorem apparitionis * Caſtorum, eiuſq; uictoriæ, quæ ad lacum Regillum parta eſt, equites in equis ſedentes tranſuehi, incipientes à templo Martis extramurano perrexiſſe per forũ, iuxta ædem Caſtoris. Fiebat autẽ hæc tranſuectio idib. Quintilib. quo die apud lacum Regillũ proſperè pugnatum eſt, Caſtore & Polluce auxiliantibus. In tranſuectione aũt equites uehebantur coronati oliuarum ramis, indutiq; trabeis punicei coloris, ſecum geſtantes ornamenta, præmiaq; omnia fortitudinis, quæcunq; in prælijs ob rem bene geſtam, à ductoribus ſuis accepere. Valerius Max. lib. 2. de Inſtitutis antiquis ſcribit, Fabium Rutilianum primum inſtituiſſe, ut equites Romani idibus Quintilibus ab æde Honoris equis inſidentes, in Capitoliũ tranſirent trabeati. Scribit Tranquillus, equitum turmas Auguſtum frequẽter recognouiſſe, poſt longam intercapedinẽ inducto more tranſuectionis. Sed neq; de- D trahi quenquam ab accuſatore paſſum fuiſſe: quod fieri ſolebat ex ſenio, uel aliqua corporis labe. Scribit etiam Plutarchus, morem Romæ apud equeſtres fuiſſe, quum per legitimum tempus ab aliquo militatum eſſet, equum per mediũ forum duci, coram

* Caſtoris [et] Pollucis. [ap]ud Diony[ſi]um Lariũ [le]gitur.

A dere, ſe ex quarta decuria iudicem, hoc eſt triumuirum electum, iudicaſſe de leuioribus ſummis. Tranquillus enim ſcribit, ad tres iudicum decurias quartam addidiſſe ex inferiore cenſu, quæ du cenariorum uocaretur, iudicaretq; de leuioribus ſummis. Iudices autem elegit à trigeſimo ætatis anno, id eſt quinquennio maturius, quàm ſolebant. Aut certè (quod magis placet) per centumuirale iudicium docet, ſe iudicia publica: per priuatas uerò cauſas, priuata etiam iudicia triumuirum exercuiſſe. Publica enim iudicia ſunt, in quibus agitur de proditionibus in patriam, ambitu, maieſtate, & accuſatione repetundarum. Vnde in Rhetoricis ad Herennium ita legimus: Et in publicis quæſtionibus cauetur legibus, ut ſi antè reo commodum ſit, iudiciũ de accuſatore fiat, utrum illi liceat accuſare, nec ne. Et Tranquillus in Auguſto, centumuiralia iudicia, publica appellat: Centumq;, inquit, ut ſeparatim in eo publica iudicia, & ſortitiones iudicum fierent. Sic etiam in Oratore ea Cicero appellat. Dicta autem ſunt publica iudicia (ut Iuſtinianus, ſeu Tribonianus ſcribit) quòd cuiuis ex populo executio eorum plerunq; datur. Priuata uerò iudicia ſunt ciuis ad ciuem, perſonæ ad perſonam. Priuum enim ueteres dixere, quod nos ſingulum. hinc priuata iudicia, quòd uniuſcuiuſq; propria ſunt. Vnde apud Valerium caput legimus de Priuatis iudicijs. Et Liuius ſcribit, ius duodecim tabularum fuiſſe fontem omnis publici & priuati iuris. Sine crimine, ſine ſcelere, aut ſine cuiuſq; criminatione. Superior expoſitio magis placet. Deq; mea faſſa eſt. Ordo talis: Et pars iuſta, id eſt cauſæ æquitas: aut pars hominum iuſtorũ, qui iudicio meo interfuere, etiam eſt faſſa de mea fide: id eſt, confeſſa fuit meam in iudicando fidem & integritatem. [Alij, Pars uicta, legunt. ut ſit ſenſus: Etiam uicti iudicio fidem & integritatem meam in iudicando prædicarunt.] E

MER.

Me miſerum, potui, ſi non extrema nocerent,
Iudicio tutus non ſemel eſſe tuo.
Vltima me perdunt, imoq; ſub æquore mergit
Incolumem toties * ima procella ratem.
Nec mihi pars nocuit de gurgite parua, ſed omnes
Preſſere hoc fluctus, Oceanusq; caput.
Cur aliquid uidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt?
Inſcius Actæon uidit ſine ueſte Dianam,
Præda ſuis canibus non minus ille fuit.
Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt:
Nec ueniam læſo numine caſus habet.
Illa noſtra die, qua me malus abſtulit error,
Parua quidem perijt, ſed ſine labe domus.
Sic quoq; parua tamen, patrio dicatur in æuo
Clara, nec ullius nobilitate minor.
Et neq; diuitijs, nec paupertate notanda eſt,
Vnde ſit in neutrum conſpiciendus eques.
Sic quoq; noſtra domus uel cenſu parua, uel ortu,
Ingenio certè non latet illa meo.
Quo uidear quamuis nimium iuueniliter uſus,
Grande tamen toto nomen ab orbe fero.
Turbaq; doctorum Naſonem nouit, & audet
Non faſtiditis annumerare uiris.
Corruit hæc igitur Muſis accepta ſub uno,
Sed non exiguo crimine lapſa domus.
Atq; ea ſic lapſa eſt, ut ſurgere, ſi modò læſi
Ematuruerit Cæſaris ira, queat.

Si non extrema nocerent: ſi non obeſſet iudicium de me tuum, quo relegatus ſum. Iudicio tuo: quia me uirũ bonum eſſe iudicabas. Non ſemel: quia in multis caſib. tibi mea iuſtitia fuit cognita. Vltima, ultimum de me iudiciũ tuũ, id eſt relegatio. Mergit, obruit & opprimit. Incolumem ratẽ, me uiuum. Ima procella, grauis tua ira. [Aliàs Vna legitur: ut ſit Vna procella poſitum, pro unica atq; extrema illa.] Nec mihi pars nocuit. Perſtat adhuc in ſimilitudine à nauigantibus ſumpta. Intelligit autem non paruam Auguſti indignationẽ: aut non ſolùm Auguſtum, ſed alios quoq; eius cauſa eum oppreßiſſe. Cur aliquid uidi. De cauſa relegationis Ouidij multi multa ſcripſere: in quib. nõ deeſt, qui credat eum uidiſſe eius inceſtũ cum filia Iulia. quod etiam Tranquillus [in Caligula ſcilicet] his uerbis uerum fuiſſe oſtendit: Prædicabat autem matrem ſuam ex inceſto, quod Auguſtus cum Iulia filia admiſiſſet, procreatã. Ego tamen ut hac in re non meam obſtringam fidem, ſic affirmare auſim (ut etiam diximus) Poetam uidiſſe aliquid agentẽ Auguſtum, quo in eius odium peruenit. id quod cùm in hoc loco, tum in alijs pleriſq; liquidò dignoſcitur. Imprudenti mihi, mihi ignoranti quæ ab Auguſto fierent. Inſcius Actæon. Actæon Ariſtei & Autonoes filius, longa fatigatus uenatione, ut æſtum euitaret, in uallẽ Gargaphien peruenit, ubi erat limpidißimus fons: in quo quum fortè D Dianam ſe lauantem offendiſſet, ab ea mutatus eſt in ceruum, ne rem cuiquam narrare poſſet. Demum etiam à ſuis canibus laniatus eſt. Fabulam habes apud Ouidium in 3. Metamor. Diodorus ſcribit eum à ſuis canibus diſcerptum, quòd Dianæ concubitum,

B

* una

C

quum uenaretur in montibus iuxta templum ſitis, appetiuerit. Alij, quòd ſe illi Actæon prætulerit uenandi arte. F Scilicet in ſuperis. Dij, inquit, eos puniunt, qui etiam caſu peccant. Peccamus enim aut errore, aut ſcelere. Errorẽ, fortunam & caſum Ouid. appellat. Sic & in Metam. de Actæone: At bene ſi quæras, fortunæ crimen in illo, Non ſcelus inuenies: quod enim ſcelus error habebat? Sed ſine labe, ſed ſine crimine. Patrio dicatur ut æuo Clara: ut hac noſtræ patriæ ætate, uel certè patris mei ætate clara dici poßit. Superior ſentẽtia magis placet. G Nec ullius nobilitate minor, nec minor nobilitate ullius domus: uel nec minor ullius, ſcilicet domus nobilitate. Vbi notandum, quòd minor poſt ſe non modò habere poteſt ablatiuũ caſum, ſed etiam genitiuũ. Plin. Animantium in eodem natura nullius propè partis contemplatione minor eſt. Et Gellius lib. 3. Sed quum in eo tempore Scipionem minorem quadraginta annorum fuiſſe conſtaret. Et Varro in Re ruſt. Nec minores, inquit, annorũ 22. ad agriculturam dociles. Vnde, ex qua domo. In neutrum, in neutram partem: ut aut nimis amplas diuitias poßideas, aut nimiæ paupertati obnoxia. ex quo deſignat mediocres fortunas poſſediſſe. Vel cenſu, uel fortunis. Vel ortu, uel origine. Quo, ſcilicet ingenio. Nimium iuueniliter: quòd ſcribendo iuuenilia & amatoria, Auguſtum offendi. Sub uno, ſed non exiguo crimine: ſub una criminatione, ſed non parua. Hoc autem dicit, ne Imperatorem offendat. Quare ut eius beneuolentiam capiet, ſeipſum magis, quàm imperatorẽ damnat. H Ematuruerit: matura facta fuerit, & lenita. Vbi notandum, maturo uerbum

maturui

A *maturui tantùm præteritum facere, non maturaui: ut indoctus quidam noſtri temporis exiſtimauit. Nam & Quintilianus ita ſcribit: Nam & ipſe eos nondum opinabar ſatis maturuiſſe. Et* Columella lib. 7. *Et quum maturuit ſuppuratio, reſcinditur ferro. Quare qui exiſtimauit à Quintiliano maturauiſſe dictum, & ita etiam legi poſſe, errauit.* B

MER. *In euentu pœnæ, in euentu ſupplicij. Cuius, Auguſti ſcilicet. Noſtro metu, quàm timebã. Citraq; necem, ſine nece. qua locutione frequẽter auctores utuntur, & in primis Plin. ut citra ſalem, id eſt ſine ſale. Paternæ opes, patrimonium mihi à patre relictũ. Inſuper accedũt, præterea mihi permittũtur. Solebãt enim exules bona amittere: ut docent cùm alij, tum in primis* B *Cicero lib. 5. Tuſculan. quæſt. his uerbis: At multantur bonis exules. Tanquã uita parum muneris eſſet. Laudat Cæſaris clementiam, cui uita Ouidio cõceſſa paruum beneficium uidebatur, niſi etiã illi fortunas ſuas conceßiſſet. Decreto ſenatus, ſenatuſconſulto in tuam ſententiã facto, ut relegarer. Secreto iudice: à iudice, cui ſecreto damnationem meam iniũgere potuiſſes. Sunt quædam exemplaria, in quibus legitur Selecto. Fuerũt enim quatuor decuriæ iudicũ primò, plu*C*ribus diſcretæ nominibus. Namq; aliæ tribunorum æris, aliæ iudicum. Quidam nongenti, quidam ſelecti uocabantur. Et diuiſus hic quoq; ordo erat ſuperba uſurpatione nominum: quum alius ſe Nongentũ, alius Tribunũ, alius Selectum appellaret auctor Plin. lib. 33. Selecti iudicis meminit Horat. in 1. Serm. eo uerſu, Vnum ex ſelectis iudicibus obijciebat. Et Ouid. Non bene ſelecti iudicis arca patet. Verbis triſtibus, uerbis triſtitiã ſignificantibus: quòd ea cõmiſiſſem, qui*D*bus pœna luenda eſſet.*

Cuius in euentu pœnæ clementia tanta eſt,
Vt fuerit noſtro lenior ira metu.
Vita data eſt, citraq; necem tua conſtitit ira:
O' princeps parcè uiribus uſe tuis.
Inſuper accedunt te non adimente paternæ,
Tanquam uita parum muneris eſſet, opes.
Nec mea decreto damnaſti facta ſenatus,
Nec mea * ſelecto iudice iuſſa fuga eſt.
Triſtibus inuectus uerbis (ita principe dignũ eſt)
Vltus es offenſas (ut decet) ipſe tuas.
Adde, quòd edictum quamuis immite, minaxq;,
Attamen in pœnæ nomine lene fuit.
Quippe relegatus, non exul dicor in illo:
Parcaq; fortunæ ſunt tibi uerba meæ.
Nulla quidem ſanæ grauior, mentiq; potenti
Pœna eſt, quàm tanto diſplicuiſſe uiro.
Sed ſolet interdum fieri placabile numen:
Nube ſolet pulſa candidus ire dies.
Vidi ego pampineis oneratam uitibus ulmum,
Quæ fuerat ſæuo fulmine tacta Iouis.
Ipſe licet ſperare uetes, ſperabimus: atq;
Hoc unum fieri te prohibente poteſt.
Spes mihi magna ſubit, cum te mitiſsime princeps:
Spes mihi, reſpicio cum mea facta, cadit.
Ac ueluti uentis agitantibus æquora, non eſt
Aequalis rabies, continuuſq; furor:
Sed modò ſubſidunt, intermiſsiq; ſileſcunt,
Vimq; putes illos depoſuiſſe ſuam:
Sic abeunt, redeuntq; mihi, uariantq; timores,
Et ſpem placandi dantq; negantq; tui.
Per ſuperos igitur, qui dant tibi longa, dabuntq;
Tempora, Romanum ſi modò nomen amant.
Per patriam, quæ te tuta & ſecura parente eſt,
Cuius & in populo pars ego nuper eram.
Sic tibi, quem ſemper factis animoq; mereris,
Reddatur gratæ debitus urbis honor.
Liuia ſic tecum ſociales impleat annos,
Quæ, niſi te, nullo coniuge digna fuit.
Quæ ſi non eſſet, cælebs te uita deceret:
Nullaq;, cui poſſes eſſe maritus, erat.
Soſpite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes, & olim
Imperium regat hic cum ſeniore ſenex.
† Efficiantq; tui, ſidus iuuenile, nepotes,
Per tua, perq; tui facta parentis eant.
Sic aſſueta tuis ſemper uictoria caſtris,
Nunc quoq; ſe præſtet, notaq; ſigna petat.

* ſecreto

† Vt faciũtq;

*pus. Vnde titulus eſt apud iuriſcõſultos de relegatis: ubi legimus relegatorũ duo genera eſſe. Quidã enim in inſulam relegantur, quidam ſimpliciter, ut prouincijs eis interdicatur. Calliſtratus iuriſconſultus ſic ſcribit: Cæteræ pœnæ ad æſtimationẽ, etſi non ad capitis periculũ pertinent, uelut relegatio ad tempus, uel in perpetuum, uel in inſulam. Verba meæ fortunæ, decretum tuum de infœli*F*citate mea. Sunt parca, paucis exponitur. Mentiq; potenti, generoſæ menti. Oneratam uitibus ulmum. Vites ſexto anno maritantur: & inter cæteras arbores prima omnium ulmus habetur, quæ ab eo hanc ob cauſam Marita appellatur Martialis: Nec melius teneris iunguntur uitibus ulmi. Liuia ſic tecum. Liuiam Druſillam dicit, quam Auguſtus repudiata Scribonia duxit uxorem: Eam matrimonio Tiberij Neronis, & quidem* G *prægnantem abduxit, dilexitq;, & probauit unicè, ac perſeueranter, ut ſcribit Tranquillus. Cælebs uita, uita ſine uxore. Soſpite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes. Tiberiũ deſignat: nam de Agrippa non placet intelligas. Efficiantq; tui. Ordo eſt: Et tui nepotes, Caius ſcilicet, qui in Lycia perijt: & Lucius, qui Maßiliæ, ut alibi diximus. Appoſitiuè, ſidus iuuenile, efficiant, ut natus Tiberius eat per tua, & per parentis tui facta: hoc eſt, te & patrẽ Iulium imi*H*tetur.*

*Quippe relegatus. Relegare eſt in inſulam aliquem, uel in alium locum mittere. Differtq; exilium (ut iuriſconſultis placet) à relegatione, quòd exilium eſt perpetuum, relegatio ſit ad tem*pus (see above)*. Legitur etiam ita hoc carmen in uetuſtißimo codice: Vt faciuntq; tui, ſidus iuuenile, nepotes, Per tua, perq; tui facta parentis eant. quæ lectio nobis etiam clarior & candidior uidetur,*

A ut ſit ordo: Et tui nepotes, appoſitiuè, ſidus iuuenile, id eſt iuuenum Romanorum ſplendor, cant, ut faciunt, per tua, & per facta tui parentis. Per nepotes autem, Caium & Lucium adhuc uiuentes deſignat. Sic aſſueta tuis ſemper uictoria caſtris. Victoria dea fuit, quam Apuleius lib. 2. Metamor. Palmarem deam appellat his uerbis: Atria longè pulcherrima columnis quadrifariam per ſingulos angulos ſtantibus, attollebant ſtatuas Palmaris deæ, facies quæq; pinnis explicitis ſine greſſu, pilæ uolubilis, inſtabile ueſtigium, plantis roſcidis decitātes. Et Ouidius: Prima loco fertur ſparſis Victoria pennis. B

Auſoniumq; ducem ſolitis circunuolet alis,
  Ponat & in nitida laurea ſerta coma.
Per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas,
  Auſpicium cui das grande, deosq; tuos.
Dimidioq; tui præſens & reſpicis urbem:
  Dimidio procul es, ſæuaq; bella geris.
Hic tibi ſic redeat ſuperato uictor ab hoſte,
  Inq; coronatis fulgeat altus equis.
Parce precor, fulmenq; tuum fera tela reconde,
  Heu nimium miſero cognita tela mihi.
Parce pater patriæ: nec nominis immemor huius,
  Olim placandi ſpem mihi * redde tui.
Non precor ut redeam: quamuis maiora petitis
  Credibile eſt magnos ſæpe dediſſe deos.
Mitius exilium ſi das, propiusq; roganti,
  Pars erit è pœna magna leuata mea.
Vltima perpetior, medios eiectus in hoſtes:
  Nec quiſquam patria longius exul abeſt.
Solus ad egreſſus miſſus ſeptemplicis Iſtri,
  Parrhaſiæ gelido uirginis axe premor.
Iazyges, & Colchi, Metereaq; turba, Getæq;,
  Danubij medijs uix prohibentur aquis.
Cumq; alij tibi ſint cauſa grauiore fugati,
  Vlterior nulli, quàm mihi terra data eſt.
Longius hac nihil eſt, niſi tantùm frigus, & hoſtis,
  Et maris aſtricto quæ coit unda gelu.

MER. Auſoniumq; ducem. Tiberium deſignat, qui nunciata Illyrici defectione, tranſijt ad curam noui belli, quod grauiſſimum omnium bellorum poſt Punica, per quindecim legiones, parēq; auxiliorum copiā triennio geſſit: quo temporis ſpacio domuit totum Illyricum, quod intra Italiā, regnumq; Noricum, & Thraciam, & Macedo- B niam, interq; Danubiū flumen, & ſinum maris Adriatici patet. quas ob res triūphus ei decretus eſt, quem diſtulit, mœſta ciuitate clade Variana. Nihilominus urbē prætextatus, & laurea coronatus intrauit. Poſituq; in ſeptis tribunal, ſenatu aſtante cōſcendit, ac medius inter duos conſules cum Auguſto ſimul ſedit: unde populo conſalutato, circum templa deductus eſt, auctor Tranquillus. Potes etiam intelligere (quod magis placet) Germanicam expeditionem, quam Druſus Tiberij frater, & Auguſti priuignus ſu- C ſcepit Auguſti auſpicijs, ut Florus ſcribit: in qua expeditione perijt, ex fractura cruris, ſuper quod lapſus eſt equus, ut Liuius exiſtimat. Tranquillus uerò eum morbo perijſſe ſcribit. Deosq; tuos: Apollinem, Iulium Cæſarem, & cæteros deos, Auguſti familiares. [Vel ἐν παραλλήλῳ dictum, ut idem ſignificet, auſpicium & deos tuos.] Septemplicis Iſtri. Iſtri ortus eſt in Germania, qui per innumeras lapſus gentes Danubij nomine, immenſo aquarum auctu, & unde primùm Illyricum alluit, Iſter appellatur, ſexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum nauigabili, in Pontum uaſtis ſex fluminibus euoluitur, quorū nomina Plinius oſtendit lib. 4. ſed plenius Herodotus. Scribit Strabo, Ephorum aſſerere, Iſtrum conſtare quinq; oſtijs. Idem tamen paulo pòſt ait eum in ſeptena oſtia diſtingui. Docet etiam Dionyſius, Iſtrum per quinq; ingētes alueos in Euxinū proripi. Iſtrum quinq; alueis delabi per Scythiam, docet etiam Herodotus. Pomponius tamen & Solinus ſcribunt, Iſtrum totidem oſtia habere, quot Nilus, id eſt ſeptem, tria uerò reliqua tenuia: quorū priora quatuor adeò magna ſunt, ut per longitudinem quadraginta milium paſſ. non miſceatur æquori, dulcemq; hauſtum incorrupto D detineat ſapore. Idem etiam docet Cornelius Tacitus his uerbis: Danubius molli, & clementer edito montis * Arbonæ iugo effuſus, plures populos adit, donec in Ponticum mare ſex meatibus erumpit: ſeptimum enim os paludibus hauritur. Parrhaſiæ uirginis, Calliſtūs eſt Arcadia: quæ in urſam mutata à Ioue, in Septētrione locata fuit: ſic dicta à Parrhaſia urbe Arcadiæ. Ouidius in Metam. Parrhaſis erubuit. Iazyges. Iazyges populi fuere Scytharum, quos Plinius ſcribit campos & plana tenuiſſe. Nam paulum ſupra Daciam fuere Peucini, & Baſternæ, & per totam Mæotin Iazyges, hinc Roxolani, & his interiores Amaxobij, et Alani Scythæ, F ut eſt autor Ptolemæus. nunc quidā Septem caſtra appellari putant. Valerius Flaccus: Neurus, & experies canentis Iazyges æui. Strabo poſt Tirrhegetas ponit Sarmatas, cognomento Iazygas: ſunt enim in Sarmatia Europæ. Habent autem Iazyges terminos à Septentrione, Sarmatiam Europæ, id eſt eam Sarmatiæ partem, quæ eſt ad auſtrum Sarmaticorum montiū, uſq; ad montem Carpathum. Ab occaſu & auſtro Germaniæ partem, à Sarmaticis ſcilicet montibus, ad Carpathū Danubij fluuij uſq; ſciſſionē Tibiſci amnis, qui ad Arcton G fluit. Ab oriente Daciam, iuxta ipſum Tibiſcum fluuium, qui ad orientem uerſus ſub monte Carpatho deſinit, à quo ducitur. Et Colchi. Colchi (auctore Dionyſio) fuere ad extremū Ponti, Caucaſo monti adhærentes, olim ex Aegypto profecti: quod etiā docet Herodotus. Colchicæ regionis alterum latus in Euxinum & Mæotin deuexum eſſe, alterum in Caſpium & Hyrcanū mare, ſcribit Plinius. Hic uerò non Colchi, ſed Corſi legendū arbitror. Corſos enim Sarmatarum populos fuiſſe, Plinius ſcribit. quamuis eo in loco quidā non Colchi, ſed Corſi legendū putarit. Nam è Ponto ad oſtium Mæotidis nauigantibus, dextra ſunt Scythæ, & Taurica Cherroneſus: læua uerò è regione in littore Ponti, ad montem Caucaſum (ut diximus) ſunt Colchi: qui quum mari disiuncti ſint, & Mæotidis oſtium, qui Cimmerius Boſphorus uocatur, latitudinē ſtadiorum triginta, longitudinem ſexaginta (auctore Polybio) cōplectatur. Quo pacto Danubio ab his ſe arceri dicat Ouidius, non intelligo: niſi accipias illos Cimmerium Boſporum transfretare, & in Tauricam regionem accedere: quod non placet. [Colchos accipere etiam eos licet, qui Medeam fugientem perſecuti, cum illam apprehendere non potuiſſent, circa Tomos, & inſulas Brygeidas conſederunt, ut Comment. H Apollon. lib. 4. Nā quos hic Corſos appellat Merula, apud Plinium Aorſi leguntur.] Metereaq; turba. Aut urbē Metercam eam intellige, quam Ptolem. ſupra Thyram fluuiū ponit penes Daciam,

* tolle

* Arnobæ, ſiue Abnobæ

A Daciam, & Metoniũ appellat. Aut certè Neurea legas, ut Neuros intelligas, apud quos oritur Boryſthenes, ut eſt autor Plinius. Neurorum meminit etiam Curtius, Pomponius, ac Dionyſius. Getæq;. Getas Strabo eos appellatos dicit, qui ad pontũ in orientem uergebant: Dacos uerò, qui in oppoſitũ uerſus Germaniam & ad Iſtri fontes, quos olim Dauos uocatos fuiſſe arbitratur. Plinius ſcribit Scytharum gentes uarias fuiſſe: inter cæteros Getas ponit, quos à Romanis Dacos nominatos ſcribit. eos ita etiam nominat Ptolemæus. Medijs aquis Danubij, aquis Danubij diſterminantibus urbem Tomon à nationib. ſupra dictis. Niſi tantum frigus. fuere enim urbes illæ in ſeptentrionali regione. In uetuſtiſſimo codice hoc carmen ita legi: Longius hac nihil eſt terra niſi frigus et hoſtis, Aſtricto gelu. Cimmerius Boſporus, qui Aſiam ab Europa ſeparat, & (ut diximus) in 30. ſtadiorum longitudinem excurrit, ita glaciatur, ut mare illud pedibus plerunq; peruium ſit, ut Plinius docet: quam glaciem dicit Poeta eſſe paulo ultra terras ad quas relegatus eſt. Vel certè intellige Ponti partem, quam brumali rigore durari diximus ſuprà ex autoritate Pomponij. Scribit etiam Herodotus (autore etiam Gellio) mare Boſporum, quod Scythicum dicitur, gelu ſtringi & conſiſtere. E

MER. Hactenus, uſque ad Danubium: quem dicit eſſe terminum Romani imperij. Euxini ſiniſtri, Pontici maris: qui eſt à ſiniſtra nauigantibus ad Cimmerium Boſporum. Eſt pars Romana, eſt ditionis Romanæ. B Baſternæ. Baſternæ populi fuere (ut Dionyſ. ſcribit) ad Oceanum ſeptentrionalẽ uerſi. Eos Ptolemæus ſcribit fuiſſe in Sarmatia Europæ. Plutarchus in Paulo Aemilio docet Baſternas circa Iſtrum incolẽtes gentẽ fuiſſe pugnacẽ, et equitatu maximè ualẽtẽ, quos et Galatas appellarũt. Hos Tacitus Peucinos nominat, dubitat'que Sarmatis' ne an Germanis aſcribat: quamuis ſermone, cultu, ſede, ac domicilijs ut Germani agant. Eruptioni C aũt Iſtri fluminis magnæ propior eſt inſula Peuce nomine: eam Baſternæ quum occupaſſent, Peucini ſunt appellati. Baſternas autem Pompeiũ domuiſſe, ac de his triumphaſſe, autor eſt Plin. Eos etiam C. Cæſar domuit, ut Diodorus refert.

Hactenus Euxini pars eſt Romana ſiniſtri,
Proxima Baſternæ, Sauromatæq; tenent.
Hæc eſt Auſonio ſub iure nouiſſima, uixq;
Hæſit in imperij margine terra tui.
Vnde precor ſupplex, ut nos in tuta releges,
Ne ſit cum patria pax quoq; adempta mihi.
Ne timeam gentes, quas non bene ſummouet Iſter,
Ne'ue tuus poſſim ciuis ab hoſte capi.
Fas prohibet Latio quenquam de ſanguine natum
Cæſaribus ſaluis barbara uincla pati.
Perdiderint cùm me duo crimina, carmen, & error,
Alterius facti culpa ſilenda mihi.
Nam non ſum tanti, renouem ut tua uulnera Cęſar,
Quem nimio plus eſt indoluiſſe ſemel.
Altera pars ſupereſt, qua tupri crimine læſus
Arguor obſcœni doctor adulterij.
Fas ergo eſt aliqua cœleſtia pectora falli,
Et ſunt notitia multa minora tua.
Vtq; Deos, cœlumq; ſimul ſublime tuenti
Non uacat exiguis rebus adeſſe Ioui:
A' te pendentem ſic dum circumſpicis orbem,
Effugiunt curas inferiora tuas.
Scilicet imperij princeps ſtatione relicta
Imparibus legeres carmina facta modis?
Non ea te moles Romani nominis urget,
Inq; tuis humeris tam leue fertur onus:
Luſibus ut poſſis aduertere numen ineptis,
Excutiasq; oculis ocia noſtra tuis.
Nunc tibi Pannonia eſt, nunc Illyris ora domanda,
Rhetica nunc præbent, Thraciaq; arma metum.

Doctor obſcœni adulterij, præceptor amoris. Fas ergo eſt. Carmẽ amatorium nõ eſſe culpandũ arguit, idq; non potuiſſe Auguſtum in maioribus occupatũ rectè iudicare, ſignificat. Aliqua, aliqua ratione & modo. F quaſi dicat, dij etiam falluntur aliquo modo, quũ res non penſiculatè intuentur, ut tu Auguſte, qui præ magnis negotijs nõ potuiſti carmen meũ legere. Et ſunt notitia. Multa ſunt, inquit, quæ à te rejciũtur tanquam friuola, tenuia, & minora tuis uiribus, ut fuere mea carmina. quib. uerbis per inſinuationẽ reddit Auguſtũ beneuolum. Orbem pendentem, imperiũ terrarum in te inclinatum. Inferiora, minora orbe ipſo: ut fuere mea carmina de Arte amatoria. G Imparib. modis, uerſu elego. Ea moles, ea rerũ magnitudo. Ineptis luſibus, inepto carmini. Nunc tibi Pannonia eſt: natio ingẽs circa Iſtrũ per lõgũ incolẽs ab Iapodũ populis ſupra Dardanos protẽditur. Hi Pæones à Græcis, à Romanis Pannonij appellati fuere: & ab illis inter Illyrios numerabãtur. Autor Appian. De Pannonijs hæc Florus. Pãnonij duob. ſaltib. ac trib. fluuijs, Drauo, Sauo, Iſtroq; uallantur. Ad eos domãdos Aug. Vibiũ miſit. cæſi ſunt in utriſq; fluminib. arma uictorũ nõ ex more belli cremata, ſed capta ſunt, et in profluẽtes data, ut cæteris qui reſiſtebãt ſic uictoria nũciaretur. Nũc Il. or. do. Poſt finẽ bellorũ ciuiliũ Augu. (ut Flo. docet) reliqua bella geſſit aduerſũ exteras gentes, q̃ diſtricto circa mala ſua impio diuerſis orbis oris emicabãt. noua qppe pax necdũ aſſuetæ frenis ſeruitutis tumidæ gẽtiũ inflataq; ceruices ab impoſito nup iugo reſiliebãt. Ad ſeptẽtrionẽ cõuerſa fermè plaga feroH cius agebãt, Norici, Illyrici, Pãnonij, Dalmatæ, Myſi, Thraces, et Daci, Sarmatæ atq; Germãici. Noricis aios dabãt alpes atq; niues, q̃ bellũ nõ poſſet aſcẽdere. Sed oẽs illius cardinis populos

Sed poſtmodum Auguſto imperatore credendum eſt eos à Romanis defeciſſe, quemadmodum aliæ etiam gentes, ut Florus docet. De Sarmatis autem abundè diximus ſuprà: Dicti autem fuere Galatæ à filio Herculis, quem Galatem appellarunt, ut eſt autor Diodorus. Ea autem regio à pluribus nationibus colebatur, quæ inuicem gentium numero differebat. Tenent proxima, tenent loca Iſtro uicina. Hæc eſt nouiſſima: hæc terra ad quam relegatus ſum, eſt extremus terrarum pop. Rom. terminus. Ne ſit cum patria, ne amiſſa patria perdam etiam pacem. hoc petit, ut amiſſa patria, ſaltem pacatè uiuat citra ul D lum hoſtilem tumultum. Non bene ſummouet, non bene arcet. Carmen, præcepta amatoria. Et error, & imprudentia ac caſus: de quo ſuprà diximus. Alterius facti, erroris. Altera pars ſupereſt: reſtat, ut purgem me de carmine amatorio.

A Brennos, Senones, atq; Vindelicos Auguſtus per priuignū ſuum Claudium Druſum pacauit. In Illyricos autem ipſe expeditionem ſumpſit. Agunt autem hi ſub Alpibus, imaſq; ualles earum, & quædam quaſi clauſtra cuſtodiunt, abruptis torrentibus implicati. Fieri igitur pontē Auguſtus imperauit. Hic ſe & aquis, & hoſte turbantibus, cunctanti ad aſcenſum militi ſcutum de manu rapuit, & in uia primus tunc agmine ſecuto, quum Illyricus multitudine pontem ſuccidiſſet, ſaucius manibus ac cruribus, ſpecioſiore ſanguine, & ipſo periculo auguſtior, terga hoſtiū præcidit. De his autem eum poſt Marcum Antonium deuictū triumphaſſe ſcribit Appianus: ex cuius ſententia de Illyria alibi plura diximus. Illud addimus, ab Euſtathio ſcribi, Illyriam ab Illyrio Cadmi filio appellatam. Rhetica nunc præbent. Rheti (ut docet Strabo) ad Italiam uſq; pertinent, quæ ſupra Veronā & Comum eſt. Rheticos et Noricos exiſtimat Appianus C. Cæſarem, quum aduerſus Celtas depugnaret, ſubegiſſe aut Auguſtū, quum Pæones aggrederetur, bello ſuperaſſe. In medio quippe amborum ſedes habent. Nec ullum in Rhetios aut Noricos bellum geſtum priuatim ſe reperiſſe ſcribit, ſed eos cum reliquis finitimis deuictos aſſerit. Iuſtinus lib. 20 ſcribit, Tuſcos duce Rheto auitis B ſedibus amiſſis, Alpes occupauiſſe, & nomine ducis gentem Rhetorum condidiſſe. Plinius inter Alpium incolas ponit etiā Rhetos, quos Noricis uicinos eſſe ſcribit: & Tuſcorū prolem fuiſſe à Gallis pulſos, duce Rheto: à qua regione Maro Rheticā uitem nominauit. Et Plinius ſcribit, Rhetica uina in Veronenſi agro fuiſſe. Ea nunc eius urbis incolæ Vernatias uulgò appellant, Falernis tamen poſthabita, ex Maronis ſententia. Et Strabo docet, uinum Rheticum inter Italica egregiè commendata, non ſanè inferius in montanis illorum radicibus naſci. Thraciaq; arma. Thraces quoq; cum cæteris deſciuerant: qui & ſignis militaribus, & diſciplina, armis etiam Romanis aſſueti fuerant. Sed à Piſone perdomiti, in ipſa captiuitate rabiē oſtenderunt: quippe quū cathenas morſibus tentarent, feritatē ſuam ipſi puniebant. Scribit Herodotus, gentem Thracum ſecundum Indos omnium maximam eſſe: quæ ſi aut unius imperio regeretur, aut idem ſentiret, inexpugnabilis eſſet, & omnium gentium ualidiſſima. Pauſanias etiam ſcribit, nullam nationem, præter Galliam, Thraciam maiorem eſſe.

Nunc petit Armenius pacem, nunc porrigit arcus
Parthus eques, timida captaq; ſigna manu.
Nunc te prole tua iuuenem Germania ſentit,
Bellaq; pro magno Cæſare Cæſar habet.
Deniq; ut in tanto, quantum non extitit unquam,
Corpore pars nulla eſt, quæ labet imperij.
Vrbs quoq; te, & legum laſſat tutela tuarum,
Et morum, ſimiles quos cupis eſſe tuis.
Non tibi contingant, quæ gentibus ocia præſtas,
Bellaq; cum multis irrequieta geris.

MER. Nunc petit Armenius pacem. Armenios, uicto
B rege Tigrane, in hoc unum ſeruitutis genus aſſueuerat Pompeius, ut rectores à Romanis acciperent: intermiſſum ergo ius Auguſtus per Caium nepotē recuperauit, nō incruento nec inulto tamen certamine: quippe * Domnes, quē rex Artaxatis præfecerat, ſimulata proditione adortus uirum intentum libello, quem ut theſaurorum rationem continentem ipſe porrexerat, interfecit. autor Florus. Armenia autem duplex fuit, maior, & minor Aſiaticæ regionis prouinciæ, ut lib. 6. docet Plinius. Lucanus, Populos utraq; uagantes Armenia. Dicta autem Armenia (autore Iuſtino) ab Armenio Theſſalo, uno de numero ducum Iaſonis, qui recollecta multitu-
C dine, quæ, amiſſo Iaſone rege, paſſim uagabatur, Armeniam condidit. Idem uidetur ſentire Strabo, ita ſcribens: Armenius ex Armenia Theſſaliæ urbe, quæ inter Pheras & Lariſſam iacet iuxta Bœbeida, cum Iaſone in Armenia militauit. dicūt ex huiuſmodi nomine Armeniam appellatam. Parthus nunc porrigit arcus. Auguſtus (autore Iuſtino) finito Hiſpano bello, in Syriam ad componendum orientis ſtatum peruenit: metūq; Phraarti iniunxit, ne bellum Parthiæ uellet inferre. Itaq; tota Parthia captiui ex Craſſiano ſiue Antonij exercitu recollecti, ſignaque cum his militaria Auguſto remiſſa. Sed & filij nepoteſq; Phraartis obſides Auguſto dati: pluſq; Cæſar magnitudine nominis ſui fecit, quàm armis alius imperator facere potuiſſet. Strabo etiam refert, Phraartem regem Parthorum tantum circa Cæſaris amicitiam ſtuduiſſe, ut illi etiam trophæa remitteret, quæ Parthi de Romanis erexerant: & uocato in colloquiū Tito, qui per id tempus Syriæ præerat, quatuor ei filios legitimos obſides tradidit, Saroſpadem, Coroſpadem, Phraanem, &
* Vononem * Boonem: & duas eorum uxores, & filios quatuor, ſeditionē metuens, et ne ſibi inſidiæ ſtruerentur. Scribit Tranquillus, Parthos & Armenios uindicati Auguſto facilè ceſſiſſe, & ſigna
D militaria, quæ M. Craſſo et Antonio ademerant, repoſcenti reddidiſſe, obſideſq; obtuliſſe: quos quodam muneris die miſſos per mediam harenam ad ſpectaculum induxit. Illud ſciendum, Parthorum imperium ab exulibus Scytharum deductum fuiſſe, autore Iuſtino. Vnde Parthi Scythico ſermōe exules dicuntur. De Parthis F plura Plinius, & Iuſtinus lib. 40. Nunc te prole tua. Germanicam expeditionem deſignat, quam Druſus Auguſti priuignus ſuſcepit eius auſpicijs: quem Poeta ſuperius Auſonium ducem appellauit, hic uerò Auguſti prolem nominat: quoniam eius erat priuignus, & frater Tiberij. Scribit Tranquillus, Auguſtum Germanicum atq; Pannonicum bellum per legatos adminiſtraſſe, ut tamen aut interueniret, aut non longius abeſſet. Sciebat Auguſtus patrem ſuum Cæſarem bis tranſuecto ponte Rheno quæſiſſe bellum. In illius honorem cupijt facere prouinciam. Miſſus in eam prouinciam Druſus, primos domuit Vſipetes, inde cæteros percurrit, ut Marcomannos, Cheruſcos, Sueuos, & Sicābros: quo- G rum equos, pecora, torques, ipſoſq; præda diuiſit ac uendidit. præterea in tutelam prouinciæ præſidia ubiq; diſpoſuit per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgam. per Rheni quidem ripā quinquaginta amplius caſtella direxit. Bonnam & Genoſiam pontibus iunxit, claſſibuſq; firmauit. Inuiſum atq; inacceſſum in id tempus Hercynium ſaltum patefecit. Ea deniq; in Germania pax erat, ut mutati homines alia terra cœlum ipſum mitius, molliuſq; ſolito uideretur. Eam deniq; non per adulationē, ſed meritis defuncto ibi Druſo ipſi, quod nunquam alij ſenatus cognomen ex prouincia dedit. Autor Florus. Germania autem (autore Tacito) à Gallis, Rhetis'que, & Pannonijs Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis Dacis'que mutuo metu & montibus ſeparatur. Cætera Oceanus ambit latos ſinus & inſularum immenſa ſpacia complectens. Idem autor ſcribit, Germaniæ uocabulum recens, & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum tranſgreſſi, Gallos expulerint, nunc Tungri, nunc Germani uocati ſint: ita nationis nomen, non gentis eualuiſſe paulatim, ut omnes primum à uictore ob metum, mox à ſe ipſis inuento nomine Germani uocarentur. Bella'que pro magno Cæſare. Senſus eſt: Druſus bella gerit pro Auguſto. Appellat H autem Druſum, Auguſti priuignum Cæſarem: ut etiam Germanicū in Faſtis, quū inquit: Excipe pacato Cæſar Germanice uultu. Sunt qui faciant hunc ſenſum: Auguſtus pugnat cū Bruto

&

A & Caſſio, Caij Cæſaris interfectoribus. quod falſum eſſe, hac ſola ratione manifeſtum eſt, quoniam Auguſtus ſuſcepit Germanicam expeditionē poſt bella ciuilia, ut ſuperius docuimus ex Flori ſententia. [Alij hoc loco non Druſum, ſed Druſi filium ex Antonia Cæſaris nepte, quē Auguſtus octo legionib. apud Rhenum impoſuerat, aſciriq; per adoptionem à Tiberio iuſſerat: ut Tacitus autor eſt lib. 1.] Deniq; ut in tuto. Ordo eſt: Denique ut, pro qualiter. Vel deniq; nulla pars imperij eſt quæ labet: ut pro ſicut, in tanto corpore ſcilicet imperij, quantum non extitit unquam: nam nunquam Romanum imperium maius fuit quàm fœliciſſimo Auguſti tempore. Vrbs quoq; te. Vrbem Auguſtus pro maieſtate imperij ornatam & inundationibus incēdijsq; obnoxiam excoluit: adeò ut iure ſit gloriatus marmoream ſe relinquere, qua lateritiam accepiſſet. Idem in ea publica opera plurima extruxit. Spacium urbis in regiones uicosq; diuiſit: inſtituitq;, ut illas annui magiſtratus ſortiti tuerentur. autor Tranquillus. Et legum laſſat tutela tuarum. Leges retractauit etiam Auguſtus, & quaſdam ex integro ſanxit, ut ſumptuariam, & de adulterijs, & de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus: diuortijs modum impoſuit, multaq; alia ad urbis commodum conſtituit. quæ omnia pleniſſimè exequitur Suetonius. B Et morum. Auguſtus impetratis à ſenatu decem adiutoribus, unumquemq; equitum rationem uitæ reddere coegit: atq; ex improbatis alios pœna, alios ignominia notauit, plures admonitione notauitq; aliquos, quòd pecunias leuioribus uſuris mutuati, grauiore fœnore collocaſſent.

Miror in hoc igitur tantarum pondere rerum
  Vnquam te noſtros euoluiſſe iocos.
At ſi (quod mallem) uacuus fortaſſe fuiſſes,
  Nullum legiſſes crimen in arte mea.
Illa quidem fateor frontis non eſſe ſeueræ
  Scripta, nec à tanto principe digna legi:
Non tamen idcirco legum contraria iuſſis
  Sunt ea, Romanas erudiuntq; nurus.
Ne'ue quibus ſcripſi poſſis dubitare, libellus
  Quattuor hos uerſus è tribus unus habet.
Eſte procul uittæ tenues, inſigne pudoris,
  Quæq; tegis medios inſtita longa pedes.
Nil, niſi legitimum, conceſſaq; furta canemus,
  Inq; meo nullum carmine crimen erit.
Ecquid ab hac omnes rigidas ſummouimus arte,
  Quas ſtola contingi, uittaq; ſumpta uetat?
At matrona poteſt alienis artibus uti,
  Quodq; trahat, quamuis non doceatur, habet.
Nil igitur matrona legat, quæ carmine ab omni
  Ad delinquendum doctior eſſe poteſt.
Quodcunq; attigerit (ſiqua eſt ſtudioſa ſiniſtri)
  Ad uitium mores inſtruet inde ſuos.
Sumpſerit annales (nihil eſt hirſutius illis)
  Facta ſit unde parens Ilia nempe leget.
Sumpſerit Aeneidem, genitrix ubi prima requiret,
  Aeneadum genitrix unde ſit alma Venus.
Perſequar inferius (modò ſi licet ordine ferri)
  Poſſe nocere animis carminis omne genus.
Non tamen idcirco crimen liber omnis habebit:
  Nil prodeſt, quod non lædere poſsit idem.
Igne quid utilius? ſi quis tamen urere tecta
  Cœperit, audaces inſtruit igne manus.
Eripit interdum, modò dat medicina ſalutem:
  Quæq; iuuet, monſtrat, quæq; ſit herba nocens.
Et latro, & cautus præcingitur enſe uiator,
  Ille ſed inſidias, hic ſibi portat opem.

MER. Miror in hoc igitur tantarum pondere rerū Vnquam te noſtros euoluiſſe iocos. Quū inquit rerum magnitudine obrutus ſemper fueris, B mirandum eſt te unquam ſcripta mea attigiſſe. Ex quo latenter deſignat, non potuiſſe eum damnare ob carminis laſciuiam, incognita cauſa & uerſus. At (ſi quod mallem) Incipit arguere nullum eſſe in eius carmine crimen relegatione dignum. Seueræ frontis, ſeueritatē ullā in prima pagina præſeferentia. Romanas erudiuntq; nurus, nec docent amare caſtas mulieres. Quibus ſcripſi, quibus tradidi ea præcepta amatoria. E tribus unus, unus è tribus il C lis libris de Arte amandi compoſitis: quorum eruditio & elegātia tanta & tam multiplex eſt, ut non relegatione, ſed ampliſſimis honorib. & præmijs dignus fuerit Poeta. Vittæ tenues. Virgines deſignat et innuptas per uittas, ut plenius diximus in ſecunda editione Enarrationum noſtrarum: non Veſtales, ut quidam falſo ſuſpicati ſunt: per Inſtitam uerò, nuptas intellige. Ecquid, nunquid. Omnes rigidas, omnes ſeueras matronas. Ab hac arte, ab arte amandi.

eſſe aſſerit, ſi hæ præſertim ſint ſiniſtræ mentis: quoniam nullum eſt ſcriptum, in quo non ſit aliquid quod non poſſit in deteriorem partē & in uitium interpretari. Ad delinquendū, ad peccandum. F Eſt ſtudioſa ſiniſtri, ſtudet res in ſiniſtram & contrariā partem accipere. Sumpſerit annales: ſi ſumpſerit libros geſta pop. Rom. cōtinentes, obſeruato cuiuſcunque anni ordine. Quid aūt ſint annales, abundè docet Gellius. Nihil eſt hirſutius illis, nihil eſt illis ſeuerius. nā rerum geſtarū memoriā continent, non uoluptuoſa, & laſciua. Hirſuti autem ſeueri uidentur. Iuuenalis: Hiſpida mēbra quidem, & duræ per G brachia ſetæ Promittunt atrocem animum. Facta ſit unde parens Ilia: quomodo Ilia ſeu Rhea Syluia, grauida è Marte geminos peperit. Hiſtoriam habes apud Liuium, Ouidium Faſtorum, & alios. Sed eam ex omnibus plenius exequitur Dionyſius Halicarnaſeus. Sumpſerit Aeneidem genitrix ubi prima requiret: id eſt, ſi acceperit diuinum Maronis opus. Genitrix ubi prima requiret. Ordo eſt: Studioſa ſiniſtra prima,

Vetat contingi, prohibet uiolari. D At matrona poteſt alienis artibus uti. Docet eſſe alias artes, quibus corrumpi poſſunt Romæ caſtiſſimæ fœminæ. Quod trahat, quod ſequatur. Nil igitur matrona legat, quæ carmine ab omni. Nullum ſcriptorum genus à matronis excutiendum

hoc eſt ante alias. Vel primùm, ut ſit nomen pro aduerbio, requiret, ubi, id eſt quo in loco alma Venus ſit facta genitrix, ſubaudi H Aeneæ. quæri enim poteſt à ſtudioſa ſiniſtri fœmina, ubi concubuerit Venus cum Anchiſe. Alludit autem ad carmen illud Maronis: Tu'ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſæ Alma

Venus

A Venus Phrygij genuit Simoentis ad undas. Aeneadum genitrix, Romanorum mater. Vnde ſit, unde ducat originē: quaſi dicat, à partibus obſcœnis. Saturnum enim (autore Macrob.) aiunt abſcidiſſe Cœli patris pudenda: quibus in mare deiectis, Venerem procreatam fabulantur, quæ à ſpuma, unde coaluit, ἀφροδίτη nomen accepit. [Tu ſimpliciter accipe. Si ſumpſerit in manus Aeneida, ſiue librum, ubi de prima Aeneadum genitrice traditur, requiret illa unde Venus Aeneadum genitrix dicatur: eò ſcilicet alludens, quòd & Aeneas ex adulterio Veneris & Anchiſæ natus fuerit.] Proſequar inferius. Ordo eſt: Inferius proſequar omne genus carminis poſſe nocere animis, ſi modò licet ferri ordine. Iccirco: hanc ob cauſam, quòd in ſcriptis ſit aliquid quòd poßit animis nocere. Si qui, eſſe ſiniſtri ſtudioſa uoluerit. Habetur crimen, criminari poteſt. Eripit interdum. Docet à ſimili, medicinam quoque habere præcepta quibus mortalibus ſalus aut datur, aut adimitur. quod melius aperit eo uerſu, Quæq; iuuet, monſtrat. Et latro, & graſſator uiarum. B

Diſcitur innocuas ut agat facundia cauſas,
Protegit hæc ſontes, immeritosq; premit.
Sic igitur carmen, recta ſi mente legatur,
Conſtabit nulli poſſe nocere meum.
Et tandem uitium quicunq; hinc concipit, errat,
Et nimium ſcriptis abrogat ille meis.
Vt tamen hoc fatear, ludi quoq; ſemina præbent
Nequitiæ, tolli tota theatra iube.
Peccandi cauſam quàm multis ſæpe dederunt,
Martia cum durum ſternit arena ſolum.
Tollatur Circus, non tuta licentia Circi eſt,
Hic ſedet ignoto iuncta puella uiro.
Cùm quædam ſpacientur in hac, ut amator eòdem
Conueniat, quare porticus ulla patet?
Quis locus eſt templis auguſtior: hæc quoq; uitet,
In culpam ſi qua eſt ingenioſa ſuam.
Cùm ſteterit Iouis æde, Iouis ſuccurret in æde
Quàm multas matres fecerit ille deus.
Proxima adoranti Iunonia templa ſubibit,
Pellicibus multis indoluiſſe deam.
Pallade conſpecta, natum de crimine uirgo
Suſtulerit quare quæret Erichthonium.

MER. Vt agat innocuus, ut tractet cauſas iuſtas. quod etiam docet Cicero & Fabius. unde Oratorem uolunt eſſe uirū bonum. Protegit hæc ſontes. Tamen aliqui contra inſtitutum oratoris cauſas iniquas ſuſcipiunt. Quicunq; concipit hoc uitium: B quicunque exiſtimat hoc, quòd carmen poßit etiam nocere. Errat, fallitur. Abrogat, detrahit. Ludi quoq; ſemina præbent Nequitiæ: ludi etiā qui in deorum honorem fieri ſolent, habent ſemina quædam laſciuiæ. Tolli tota theatra iube. Ironicè dicit. Ergo quia habent ſemina laſciuiæ, remouendi ſunt ludi, & loca ubi fiunt? quaſi dicat, non. De theatris in Arte Amandi ita ſcribit Ouidius: Sed tu præcipuè curuis uenare theatris: Hæc loca ſunt uoto fertiliora tuo. C Et paulo pòſt ſubiungit: Spectatum ueniunt, ueniunt ſpectentur ut ipſæ. Ille locus caſti damna pudoris habet. Et Propertius: Colla caue inflectas ad ſummum obliqua theatrum. Peccandi cauſam. Ludi etiam gladiatorij fuere cauſa, ut multæ peccarent. id quod etiam Ouidius in Arte amandi docet, quū ait: Hos aditus, circusq; nouos præbebit amori, Sparſaq; ſolicito triſtis harena foro. In enarratione quorum uerſuum de gladiatoribus abundè diximus. Quum harena Martia: quum harena, ubi pugnam gladiatores inibant, cuius deus eſt Mars, Sternit durum ſolum. Hoc dicit, quia ludi gladiatorij exhibebantur in foro harena conſtrato. Tollatur Circus. Idem apertius in primo de Arte amandi ita oſtendit: Ne te nobilium fugiat certamē equorum: Multa capax populi cōmoda Circus habet. Lege quæ in eo loco de Circo, & ludis Circenſibus ſcripſimus. Quum quædam ſpaciatur in hac. Porticus quoq; oſtendit habere quod poßit obeſſe, quum amicæ illic ſpaciantes, amatores expectarēt. De porticibus abundè diximus in Ouidium de Arte amādi. Idem enim ſæpius repetere, nimis moleſtum eſſet. Quare porticus ulla patet: cur porticus ædificantur, & omnibus patent: quaſi dicat (ironicè tamen) Porticus, quòd eò ueniunt amantes, non deberent patêre. Quis locus eſt templis auguſtior. Templa D etiam deorum probat habere quod poßit obeſſe. nec tamen ideo ea eſſe uitanda colligit. Hæc autem omnia eò pertinent, ut à ſimili carmen amatorium à ſe compoſitum excuſet. Hoc idem docet etiam in principio primi de Arte amandi, de templo

Veneris Aßyriæ, & Iudæorum, ac etiam Iſidis. Si qua eſt ingenioſa in ſuam culpam: ſi qua eſt ingenioſa ad peccandum illic cum amantibus. Vel, ſi qua eſt ingenioſa ad interpretandum, poſſe ſibi templa criminis cauſam & locum afferre. Quum ſteterit Iouis æde, quum uenerit in ædē Iouis Capitolini. F Quàm multas matres fecerit, quàm multas grauidas fecerit. Sanè Iupiter primā mortalem fœminam Niobem Phoronei cognouit: ultimam Semelem, quam ſextamdecimam à Niobe ſcriptores genitam tradunt, à cuius primùm maioribus gignere homines cœpit, in eaque ipſa deſijt. poſthac nullius appetijt concubitum mortalis, neminem ſperans huic ſimilem fore, nolensq; melioribus immiſcere deteriora. Autor Diodorus. Iupiter quoq; apud Homerum lib. 14. Iliados ita alloquitur: Nunquam enim tam imperioſus neq; fœminæ, neq; deæ amor pectora mea poſſedit: non uxor Ixionis, G quæ præſtantißimum Pirithoum genuit: non Danae Acriſii filia, quæ inſignißimum uirorum Perſea peperit: non Phœnicis filia, quæ mihi ſingulares uiros Minoem Rhadamāthumq; progenuit: non Thebanæ, Semele, atq; Alcmene: quarum hæc magnanimum Herculem, illa iucunditatem hominum Dionyſium mihi ac filium enixa eſt: non Cereris, non Latonæ, & reliqua.

Proxima adoranti. Ordo eſt: Quum fœmina ingenioſa in ſuam culpā ſubibit templa Iunonia, proxima ſcilicet ædi Iouis, ſuccurret illi adoranti deam Iunonem indoluiſſe multis pellicibus. Pallade conſpecta, uiſa Palladis ſtatua. Natum de crimine, natū de lite. Nam quum Vulcanus dijs arma feciſſet, eiq; Iupiter optionem dediſſet præmij quod uellet poſtulandi, iuraſſet'que (ut ſolebat) per infernam paludem ſe nihil negaturum: tum faber claudus Mineruæ nuptias poſtulauit. hic Iupiter optimus maximus tanta religione conſtrictus, abnuere non potuit. Mineruam tamen monuit repugnare, pudicitiamq; defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe ſemen aiunt: unde ſit Erichthonius natus: idq; illi nomen impoſitum ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονὸς, id eſt ex certamine atq; humo. H Autor Lactantius. Fabulam refert etiam Seruius & Ouidius libro Metam. ſecundo. Auguſtinus ſcribit hunc puerum Athenis in Vulcani Mineruæq; templo inuentum ſerpente implicatum.

A tum,& quia regnum ſibi portendebatur, diligenter enutritum. Quare ſuſtulerit Erichthonium, quare Erichthonium educarit. ſic Lactantius, Sic ne illæ quidem uirgines illibatam caſtitatem ſeruare potuerunt. Vnde enim putemus Erichthonium eſſe natum? an ex terra, ut poetæ uideri uolunt? At res ipſa clamat. Et paulo pòſt: Cur igitur, inquit, uirgo eum puerum, cum dracone concluſum & obſignatum tribus uirginibus Cecropidis commendauit? Euidens (ut opinor) inceſtum, quod nullo modo poſſit colorari. B

Venerit in magni templum tua numina Martis,
Stat Venus ultori iuncta uiro ante fores.
Iſidis æde ſedens, cur hanc Saturnia quæret,
Egerit Ionio, Boſporioq; mari.
In Venerem Anchiſes, in Lunam Latmius heros,
In Cererem Iaſius, qui referatur, erit.
Omnia peruerſas poſſunt corrumpere mentes,
Stant tamen illa ſuis omnia tuta locis.
Sed procul à ſcripta ſolis meretricibus arte
Summouet ingenuas pagina prima manus.
Quæcunq; erumpit, quà non ſinit ire ſacerdos,
Protinus hæc uetiti criminis acta rea eſt.
Non tamen eſt facinus uerſus euoluere molles,
Multa licet caſtæ non facienda legant.
Sæpe ſupercilij nudas matrona ſeueri,
Et Veneris ſtantes ad genus omne uidet.

MER. Venerit in magni templum. Martis ultoris deſignat, quod Auguſtus bello Philippenſi pro ultione paterna ſuſceptum uouerat, in quo uoluit de bellis triumphisq; conſuli ſenatum: ſanxitq;, ut prouincias cum imperio petituri ex eo deducerentur: quique uictores rediſſent, eò inſignia triũphorum inferrent. Autor Tranquillus. Stat
B Venus ultori. Quaſi dicat, ſuccurrit adulteriũ Martis cum Venere. Intelligit autem ædem Veneris genitricis iunctam Martis templo: de qua diximus in primo de Arte amandi. Stat ante fores, ſtat ante templi ianuã. Iſidis æde ſedens, &c. De templo Iſidis diximus in primo de Arte amandi. Cur hanc Saturnia. Iuno Iſidẽ egit per mare Ioniũ & Boſporũ, quòd ea cum Ioue concubuerat. Notum eſt Io Inachi filiam ab ipſo Ioue ante Iunonis aduentum conuerſam eſſe in uaccam, cui Iuno œſtrum immiſit, quo toto orbe fatigata, tandem aliquando uenit in Aegyptum, & illic in Iſim conuerſa eſt. Tranſijt autem per mare Ionium ac Boſporum, quod ab ea ita appellatum fuiſſe Seruius ſcribit. Ionio mari. Mare quod primo ſinus accipit Europa, Aegæum dicitur: quod ſequenti, in oro Ionium, Adriaticum interius: quod ultimo, nos Tuſcum, Græci Tyrrhenum perhibent, ut docet Pomponius. Scribit Plinius, Græcos Ionium mare diuidere in Siculum & Creticum. Seruius quoque docet,
C Ionium ſinum eſſe immenſum ab Ionia uſque ad Siciliam: & huius partes eſſe, Adriaticum, Achaium, Epiroticum: ut non immeritò Mare Ionium magnum appellarit. Idem ab Ionia prouincia Ionium appellari exiſtimat. Appianus uerò ab Ionio Dyrrhachi filio, ut antea diximus. In Venerem Anchiſes. Succurrit etiam Achiſen è Venere ſuſtuliſſe Aeneam, quum ad eius templum uentum erit. In Lunam Latmius heros. Endymionem deſignat, à Latmio monte Cariæ cognominatum. de quo Cicero in primo Tuſculanarum ita ſcribit: Endymion uerò, ſi fabulas audire uolumus, neſcio quando in Latmio obdormiuit, qui eſt mons Cariæ, nondum opinor eſt experrectus. num igitur eum curare cenſes, quando Luna laboret, à quo conſopitus putatur, ut eum dormientem oſcularetur. quod ideo fingitur, quoniam primus (autore Plinio) lunæ curſum deprehendit. Scribit Strabo, apud Latmium montem Cariæ, Endymionis ſepulchrum poſitum in ſpelunca quadam oſtendi. Ouidius libro tertio de Arte amandi: Latmius Endymion non eſt tibi Luna pudori. et Propertius: Nudus & Endymion Phœbi cepiſſe ſororem Dicitur, & nudæ concubuiſſe deæ. Martialis eum dormitorem appellat à
D longiſſimo ſomno, quo correptus eſt in Latmio monte, quum ſic inquit: Quid tibi dormitor proderit Endymion? In Cererem Iaſius. Iaſium filium Abantis Argiuorum regis fuiſſe comperio. Fuit etiam Iaſius, de quo hic Poeta intellgit, filius Iouis & Electræ, fraterq; Dardani & Armoniæ Cadmi uxoris, qui ſumpta uxore Cybele, Corybantum genuit, à quo Corybantes appellati ſunt. Ex Iaſio autem & Cerere Plutonem natũ fabulæ tradunt. Quin in gratiam Iaſij conſtat frumenti copiam à Cerere dono datam in nuptijs Armoniæ. autor Diodorus. Scribit Dionyſius Halicarnaſeus, Iaſium Cereris concubitũ appetentem, in Samothracia inſula fulmine percuſſum interijſſe. F Higinus etiam ſcribit, Iaſiona à Cerere dilectum, atque ad ſidera perlatũ. Ouidius libro nouo Metamorph. Queritur caneſcere mitis Iaſiona Ceres. Illa omnia, ea quæ poſſunt corrumpere mentes peruerſas. Stant tuta: neminem offendunt, tutò poſſunt frequentari. Suis locis, ſi locis ſuis conſiderarentur: ut ſi uiſo Ioue non furta, ſed deum eſſe eũ, cogitabimus. À ſcripta arte ſolis meretricibus: ab arte amandi, quã ſolis meretricibus ſcripſimus, reiectis uirginib. & matronis. Quæcunq; erupit. Arguit à ſimili ream eſſe illam, quæ prohibita & reiecta inſpexit eius præcepta: quemadmodũ ea quæ prohibente ſacerdote erupit, quò non licet. Supercilij ſeueri, ſeueræ grauitatis. Nudas, ſcilicet meretrices: quæ nudæ Floralia magna licentia celebrabant. Cur autem meretrices ludos Florales celebrarent, cauſam aſſignat Ouidius libro quarto Faſtorum. Quòd au-
G tem nudarentur, docet Valerius Maximus ſcribẽs: Catone theatrum ingreſſo, non auſum eſſe populum in ludis Floræ poſtulare, ut mulieres nudarentur: Catonemq; è theatro diſceſſiſſe, ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret. Martialis: Noſſes iocoſæ dulce quum ſacrum Floræ, Cur in theatrum Cato ſeuere ueniſti? An ideo tantum ueneras, ut exires? Fuit autẽ Flora mulier, quæ quum magnas opes quæſtu meretricio quæſiuiſſet, populum Romanum ſcripſit hæredem, certamq; pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore natalis eius dies celebraretur editione ludorum, quos Floralia dixerunt: quod quia ſenatui flagitioſum uidebatur, ut ſcribit Lactantius, ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deamq; eſſe finxerunt, quæ floribus præeſſet: quam prius Chlorim appellatam fuiſſe, ſcribit Ouidius in Faſtis: eamq; Zephyro nuptam, quaſi dotis loco id accepiſſe muneris à marito, ut haberet florum omnium poteſtatem. Erant autem ludi Florales iocoſi. In his ædiles cicer, fabam, aliaq; eiuſmodi populo ſpargebant, ut eſt autor Porphyrio. Inſtituta autem ſunt Floralia (ut Plinius docet) menſe Aprili, hoc eſt quarto Calendas Maij, anno urbis quingenteſimo decimoſexto ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene defloreſcerent: quorum diem Varro determinauit,
H Sole Tauri partem quartamdecimã obtinente: quoniam ſi in id quatriduum inciderit plenilunium, fruges & omnia quæ florebunt, lædi neceſſe ſit. Floralia ſcribit Ouidius in fine Aprilis incipere, et in Calendas Maias exire. Floram enim ita alloquitur:

A Incipis Aprili, tranſis in tempora Maij: Alter te fugiens, quum uenit alter habet. Ad Floralia autem per tubam meretrices accerſebantur. Iuuenalis: Digniſſima prorſus Florali matrona tuba. Stantes ad omne genus Veneris: ſtantes uel in ludis, uel in proſtibulis ſtare ſolitas. Senſus eſt: Meretrices utuntur omni ge E nere coitus, & tamen nudæ à matronis ſæpenumero ſpectantur, dum nudæ celebrant Floralia.

MER
* oculi

Corpora Veſtales* oculi meretricia cernunt,
Nec domino pœnæ res ea cauſa fuit.
At quare in noſtra nimia eſt laſciuia muſa?
Cur'ue meus nequam ſuadet amare liber?
Nil niſi peccatum, manifeſtaq; culpa fatenda eſt:
Pœnitet ingenij, iudicij'q; mei.
Cur non Argolicis potius quæ concidit armis,
Vexata eſt iterum carmine Troia meo?
Cur tacui Thebas? & mutua uulnera fratrum?
Et ſeptem portas ſub duce quamq; ſuo?
Non mihi materiam bellatrix Roma negabat,
Et pius eſt patriæ facta referre labor.
Deniq;, cum meritis impleueris omnia Cæſar,
Pars mihi de multis una canenda fuit.
Vtq; trahunt oculos radiantia lumina ſolis,
Traxiſſent animum ſic tua facta meum.
Arguor immeritò: tenuis mihi campus aratur,
Illud erat magnæ fertilitatis opus.
Non ideo debet pelago ſe credere, ſiqua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.
Forſan in hoc dubitem, numeris leuioribus aptus
Sim ſatis, in paruos ſufficiamq; modos.
At ſi me iubeas domitos Iouis igne gigantes
Dicere, conantem debilitabit onus.
Diuitis ingenij eſt, immania Cæſaris acta
Condere, materia ne ſuperetur opus.
Et tamen auſus eram, ſed detractare uidebar,
Quodq; nefas, damno uiribus eſſe tuis.
Ad leue rurſus opus, iuuenilia carmina, ueni,
Et falſo moui pectus amore meum.
Non equidem uellem, ſed me mea fata trahebant,
Inq; meas pœnas ingenioſus eram.
Hei mihi cur didici? cur me docuere parentes?
Litteraq; eſt oculos ulla morata meos?
Hæc tibi me inuiſum laſciuia fecit, ob artes,
Quas ratus es uetitos ſollicitaſſe toros.

Corpora meretricia, meretrices ipſas. Hoc dicit: Veſtalibus quoq; caſtitati obnoxijs licet ſpectare meretrices impunè. Nec domino pœnæ. Dominũ pœnæ, pontificem Maximum appellat, qui in Veſtales animaduertebat, ſi inceſtum commiſiſſent, ut docet Plutarchus, & Ouidius in Faſtis. [Vel potius domino, hoc eſt, lenoni, qui nudas illas à conſpectu Veſtalium ſubmo B uere debuiſſet.] Cur'ue meus nequam. Legitur etiam cuiquam. Se ipſum autẽ damnat Poeta, quòd in libris de Arte amandi nimia uſus fuerit laſciuia, & amatoria præcepta tradiderit. Cur non Argolicis. Varias materias deſcribit, quibus ſe laudem comparare potuiſſe dicit, ſi in his potius quàm in præceptis amatorijs laborare uoluiſſet. Vexata eſt iterum. Troia iterũ dicitur uexari carmine, quum eius caſus et ruina quaſi uera clades deſcribitur. Et mutua C uulnera fratrũ. Per mutua uulnera fratrum, Eteoclis et Polynicis mortem intellige, qui mutuo ictu cecidere, ut Diodorus ſcribit, et Statius cecinit. ex quo Thebanũ bellum deſignat. Et ſeptẽ portas. Thebæ ab autorib. Heptapylæ ſunt nominatæ, quia ſeptem portis ambiebãtur. Vnde Statius oſtendẽs Niobẽ quatuordecim habuiſſe filios, ait: Bina per ingentes ſtipabant funera portas. & alibi: Tunc uiſa leuari Culmina, ſeptenæq; iugo concurrere portæ. Sub duce quamq; ſuo. Septem enim reges contra Eteoclem pro Polynice conſpirarunt, ſcilicet Adraſtus Argiuorum rex, Amphiaraus, Hippomedon, Capaneus, Tydeus, Parthenopæus, & Polynices, pro quo bellum geſtum eſt Adraſti ductu & auſpicijs. Vnde Propertius dixit: Longè miſer agmina ſeptem Flebis in æterno ſurda iacere ſitu. In oppugnatione autem Thebarum horum ducũ D unuſquiſq; portam ſibi oppugnandam ſumpſerat. Pars una de multis, una pars meritorum tuorum quæ multa ſunt. Vtq; trahunt oculos radiantia lumina ſolis. Traxiſſent animum ſic tua facta meum. Hic Ouidius Platonẽ ſequitur, qui de ui oculorum atq; uidendi rationibus à Stoicis atq; Epicureis diſſẽtit. Stoici enim cauſas eſſe uidẽdi dicũt, radiorũ ex oculis in ea quæ uideri queũt, emiſſionem, aerisq; ſimul intentionem. Epicurei uerò affluere ſemper ex omnibus corporibus ſimulacra quædam corporum ipſorum, eaq; ſeſe in oculos inferre, atque ita fieri ſenſum uidendi exiſtimarunt. At Plato putat genus quoddam ignis luciſq; de oculis exire: idq; coniunctũ con F tinuatumq; uel cum luce ſolis, uel cum alterius ignis lumine ſua ui externa nixũ, efficere ut quæcunq; offenderint, illuſtrauerintq;, cernamus. Vnde nocte lumine abſente, aut proximè aere obtenebrato, nõ amplius producitur à nobis radiorum fluxus. Arguor immeritò. Dicit ſe immeritò reprehendi, quod non ſcripſit aliquid eorum quæ præpoſuit, quoniã humili magis quàm arduæ materiæ aptum G ſe eſſe intelligit. Tenuis campus, tenuis materia. Iuuenalis: Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo. Aratur mihi, à me tractatur. Illud opus: uel bellum Thebanum & reliqua, uel Auguſti geſta. Forſan in hoc dubitem. Se fatetur dubitare an ſit ſatis aptus leuiori ſcribendi generi & elegis. Numeris leuioribus, tenuiori materiæ. Gigantes domitos, bellum giganteum. Onus, operis difficultas. Materia ne ſuperetur opus, ne maior ſit materia quàm opus & carmen. Auſus eram, auſus eram ſcribere tua geſta. Sed detractare uidebar: uidebar recuſare, quia ingenium non erat aptum materiæ. [Aliàs, Detrectare legitur, pro imminuere & detrahere aliquid gloriæ uel laudi.] Quodq; nefas. Ordo eſt: Et uidebar eſſe damno tuis uiribus: quod, ſubaudi, erat nefas. Iuuenilia carmina, carmina iuuenum luſus tractantia. Eſt autem fi H gura Appoſitio. Moui meum pectus: ſollicitaui, aut moui ad ſcribendum mentem meam. Falſo amore: ſimulando me aut eſſe, aut fuiſſe amore captum. Mea fata trahebant: fata uoluere, ut ſcriberem laſciuas res, & ob eam cauſam poſtea relegarer.

Sed neq; me nuptæ didicerunt furta magiſtro,
Quodq; parum nouit,nemo docere poteſt.
Sic ego delicias,& mollia carmina feci,
Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.
Nec quiſquam eſt adeò media de plebe maritus,
Vt dubius uitio ſit pater ille meo.
Crede mihi, diſtant mores à carmine noſtro,
Vita uerecunda eſt,Muſa iocoſa mea eſt.
Magnaq; pars mendax operum eſt & ficta meorũ,
Plus ſibi permiſit compoſitore ſuo.
Nec liber indicium eſt animi,ſed honeſta uoluntas
Plurima mulcendis auribus apta refert.
Accius eſſet atrox,conuiua Terentius eſſet,
Eſſent pugnaces,qui fera bella canunt.
Deniq; compoſui teneros non ſolus amores:
Compoſito pœnas ſolus amore dedi.
Quid niſi cum multo Venerem confundere uino
Præcepit lyrici Teia Muſa ſenis?
Lesbia quid docuit Sappho,niſi amare puellas?
Tuta tamen Sappho,tutus & ille fuit.
Ne tibi Battiadæ nocuit,quòd ſæpe legenti
Delicias uerſu faſſus es ipſe tuas.
Fabula iucundi nulla eſt ſine amore Menandri,
Et ſolet hic pueris,uirginibusq; legi.
Ilias ipſa quid eſt,niſi turpis adultera,de qua
Inter amatorem pugna,uirumq; fuit?
Quid prius eſt illic flamma Chryſeidos? aut quæ
Fecerit iratos rapta puella duces?
Aut quid Odyſſea eſt, niſi fœmina propter amorẽ,
Dum uir abeſt,multis una petita procis?
Quis niſi Mæonides Venerem, Marteq; ligatos
Narrat in obſcœno corpora prenſa toro?
Vnde niſi indicio magni ſciremus Homeri,
Hoſpitis igne duas incaluiſſe Deas?

A garet. *Vetitos toros, caſtas matronas.* Me *magiſtro, me carum præceptore.* Quod *parum nouit, quod parum percepit. quaſi dicat, non potui docere nuptarum furta, quandoquidem ea ignoro, nec nuptam ullam uiolaui.* Strinxerit *meum nomen, læſerit meam famam.* Fabula *nulla, nullus ſermo quo nuptas turpe aliquid docuerim: aut quòd meis præceptis aliqua uiolata dicatur.* [Aut *ipſe etiam turpe aliquid fecerim.*] Sit *dubius pater: dubitet pater eius filium eſſe alterius, & ex adulterio procreatum.* Vitio *meo, meis præceptis.* Plus *ſibi permiſit, plus ſibi conceſſit laſciuiæ pars magna meorum operum.* Compoſitore *ſuo, me Ouidio qui ea compoſui.* Nec *liber indicium eſt animi: non ex libro mentem alicu-*
B *ius cognoſcimus, uel laſciuiam, uel ſeueram.*

Sed *honeſta uoluntas: ſed mea uoluntas honeſta aſperſit laſciuia quadam ſcripta, ut ea legentium aures demulceret.* Accius *eſſet atrox, conuiua Terentius eſſet,* Eſſent *pugnaces, qui fera bella canũt.* Exemplis *probat poetas non uerſu, ſed uita probandos.* Eſſet *atrox, eſſet crudelis propterea, quòd tragœdias ſcripſit. Fuit enim L. Accius (autore Euſebio) tragœdiarum ſcriptor natus Mancino &*
C *Serrano conſulibus, parentibus libertinis, qui ſeni iam Pacuuio Tarenti ſua ſcripta recitauit. à quo & fundus Accianus iuxta Piſaurum appellatus, quia illuc inter colonos fuerat deductus ex urbe.* Conuiua *Terentius eſſet. Hoc dixit, quia Terentius in Andria deſcribit conuiuium à quibuſdam adoleſcentibus celebratum fuiſſe. Deſcribit etiam parcam Simonis cœnam & piſciculos emptos obolo.* Eſſent *pugnaces, eſſent bellicoſi.* Quid *niſi cum multo Venerem confundere uino* Præcepit *lyrici Teia Muſa ſenis? Incipit eos commemorare poetas, qui de amoribus libros compoſuere.* Confundere *Venerem cum multo mero: dare operam Veneri, multo uino prius hauſto. Sic & Apuleius Liberum Ve-*
D *neris hortatorem & armigerum appellat.* Lyrici *ſenis, Anacreontis poetæ lyrici. Fuit enim Anacreon lyricus poeta, ætate Piſiſtrati, & Pherecydis hiſtorici, Pythagoræ magiſtri, autore Euſebio.* Teia *muſa, Anacreontis muſa: is enim Teon patriam habuit, ut eſt autor Strabo. & nos de eo alibi plura ſcripſimus.*

Lesbia *quid docuit Sappho, niſi amare puellas?* Tuta *tamen* E
*Sappho, tutus & ille fuit. Sappho Lesbia prima plectrum repperit, libros lyricos nouẽ compoſuit, epigrammata, nænias, iambos, & elegias: ut Sudas eſt autor. Huius autem poemata laſciua erant. Vnde in Arte amandi ita Ouid. ait: Nota ſit & Sappho: quid enim laſciuius illa? & Horatius, Viuuntq; cõmiſſi calores fidibus puellæ.* Tutus *& ille fuit. Anacreon ob carminis laſciuiam nulla pœna affectus eſt.* Nec *tibi Battiadæ nocuit. Battiades Callimachus appellatur, à Batto generis ſui autore, qui Cyrenẽ condidit, ut Strabo, Herodotus, & Iuſtinus ſcribunt. Compoſuit autem Callimachus uerſus de inſulis Poemata omni genere carminum: Lyden puellam amauit, de qua etiam elegias ſcri-*
*pſit. Propertius: Sed neque Phlegræos Iouis Enceladiq; tumultus Intonet anguſto pectore Callimachus. & alibi: Callimachi manes & Coi ſacra Philetæ, In ueſtrũ quæſo me ſinite ire nemus. Is autem Fabij iudicio in elegia primas tenuit.* [Suidas, Καλλίμαχος υἱὸς Βάττου, καὶ Μεσάτμας, Κυρηναῖος, γραμματικὸς, μαθητὴς Ἑρμοκράτους τοῦ Ἰασέως γραμματικοῦ, &c.] Delicias *tuas, tuos amores.* Fabula *iucundi. De Menandro lege quæ ſcripſimus in enarrationibus* G
*in Ouidium de Arte amandi.* Ilias *ipſa, Homeri opus de Ilio.* Niſi *turpis adultera. Helenam deſignat.* Inter *amatorem. Amatorem Paridem, uirum uerò Menelaum intellige.* Quid *prius eſt illic flamma Chryſeidos? Quid in principio ſtatim Iliados deſcribitur? certè Agamemnonis amor erga Chryſeida continetur.* Rapta *puella, Briſeis Achilli erepta ab Agamemnone: cuius rei cauſa ortæ ſunt inter eos inimicitiæ. De Agamẽnonis amore erga Chryſeida, & de raptu Briſeidos, repete quæ ſcripſimus in ſecundo de Arte amandi.* Niſi *fœmina, niſi Penelope Vlyſſis uxor.* Dum *uir abeſt, dum errat Vlyſſes poſt Troiæ excidiũ.* Mæonides, *Homerus. Cur autem Mæonides dictus ſit, alibi diximus.*

Venerem *Marteq; ligatos. Veneris & Martis adulterium* H
*deſignat, quos Vulcanus tenuiſſimis retibus deprehendit, ac dijs ridiculos præbuit. Fabulam habes apud Ouidium in Metamor. & libro ſecundo de Arte amandi: & in primo, de ſine titulo, et apud Homerum in Odyſſea.* In *obſcœno toro, in lecto ubi ob-*

A *ſcœnum adulterium commiſſum fuit.* Hoſpitis igne, *amore V-lyſsis.* Duas deas, *Calypſo & Circen.* Incaluiſſe, *captas fuiſſe amore. ſic & in ſecundo de Arte amandi:* Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes, Et tamen æquoreas torſit amore deas. *In enarratione quorum uerſuū quædam diximus huic loco conuenientia.* B

MER

Omne genus ſcripti grauitate tragœdia uincit:
Hæc quoq; materiam ſemper amoris habet.
Nam quid in Hippolyto eſt, niſi ſæuæ flamma nouercæ,
Nobilis eſt Canace fratris amore ſui.
Quid? num Tantalides agitante Cupidine currus,
Piſæam Phrygijs uexit eburnus equis?
Tingeret ut ferrum natorum ſanguine mater,
Concitus à læſo fecit amore dolor.
Fecit amor ſubitas uolucres cum pellice regem,
Quæq; ſuum luget nunc quoq; mater Itym.
Si non Europen frater ſceleratus amaſſet,
Auerſos ſolis non legeremus equos.
Impia nec tragicos tetigiſſet Scylla cothurnos,
Ni patrium crinem deſecuiſſet amor.
Qui legis Electran, & egentem mentis Oreſtem,
Aegiſthi crimen, Tyndarioſq; legis.
Nam quid de tetrico referam domitore Chimæræ,
Quem letho fallax hoſpita penè dedit?

Grauitate trag. uinc. *Graues enim res in tragœdijs tractantur, propter reges et magnæ autoritatis perſonas in illis introductas.* Hæc quoq; materiam, *continent tamen etiam amores. quod ita eſſe, probat exemplis.* Sæuæ nou. *Phædræ crudelis: quæ fuit cauſa mortis Hippolyti, quum ille noluiſſet turpi eius petitioni aſſentiri. nota eſt fabula Oui-* B *dij Metam. monumentis Maronis carmine, & Senecæ etiā tragœdia.* Nobilis eſt Canace. *Canace ex fratre Macareo filium perit: quo ſcelere comperto, ſeipſam iuſſu patris interfecit. Macareus uerò in templū Apollinis Delphici confugit.* Quid? num Tantalides. *Legitur etiam,* Quis niſi Tantalides. *In ipſa autem Peloponneſi ciuitate Mars * ex Aegina Aſopi filia genuit Oenomaum: hic unicam filiam Hippodamiam appellauit. finem uitæ ab oraculo ſciſcitanti, reſponſum eſt, tunc in fata illum conceſſurum, quum filia Hippodamia nupſiſſet. Igitur filiæ nuptias ueritus, decreuit ut in perpetua aſſeruaretur uirginitate: hoc maximè exiſtimans pacto uitæ periculum uitaturum. Multis puellam ſibi uxorem dari poſtulantibus, illis id propoſuit certamen, quo qui uictus eſſet, interficeretur, uictor uirginem uxorē duceret. Equorum inſtituit curſum à Piſa ad aram Neptuni, quæ eſt apud Iſthmum Corinthi. Curſus erat eiuſmodi: Oenomaus arietem Ioui ſacrificabat: qui uirginem poſtulabat, quatuor equorū ferebatur curru. Oeno-* C *maus ſacris peractis, curſu ſequebatur præcedentē, auriga Mirtylo: aſſecutum haſta quā geſtabat manu, interficiebat. Hoc pacto quum plures equorū uelocitate interfeciſſet, Pelops Tantali filius, qui Piſam acceſſerat, uiſa Hippodamia, id concipiens connubiū corrupto Mirtylo illius opera uictoria uſus eſt, primusq; ad aram Neptuni peruenit. Qua ex re dolore actus Oenomaus, exiſtimans aduenisſe reſponſi tempus, ſibi mortem conſciuit. Pelops ſumpta uxore Hippodamia Piſæ regnum tenuit: qui uiribus ac prudentia inſignis, quum plurimos in Peloponneſum accolas deduxiſſet, eam patriam Peloponneſum ab ſe denominauit. autor Diodorus. Fabulam etiam Seruius refert.* Agitante cupidine currus, *amore currus impellente.* Piſæam, *Hippodamiam ex Piſa ciuitate Arcadiæ.* Phrygijs equis: *Pſilla & Harpina, quos equos Pelops è Phrygia ueniens ſecum duxit. Hirpini meminit Martialis eo uerſu, Hirpini ueteres qui bene nouit auos. Pelopen Thucydides refert magnitudine opum quas è Phrygia attulerat, deuinxiſſe ſibi Peloponneſi incolas, qui pauperes erant, atq; ita inſulam occupauiſſe.* Eburnus. *Eburnus Pelops uocatur à poetis, quoniam Tantalus eius pater (autore* D *Seruio) uolens deorum tentare diuinitatem, eis inuitatis filium ſuum epulandum appoſuit. à quo omnes dij abſtinuerunt, excepta Cerere, quæ brachium eius conſumpſit. Poſtea dij petente Tantalo, quum uoluiſſent eius filium reuocare ab inferis, Ceres ei eburneum brachium reſtituit. Quod ideo fingitur, quia Ceres ipſa eſt terra, quæ corpora uniuerſa conſumit, oſſa tantum reſeruans.* Tingeret ut ferrum natorū ſanguine mater. *Medeæ fabulam deſignat: quæ irata, quòd Iaſon, ſe expulſa, Glaucā ſeu Creuſam duxiſſet uxorem, in ultionem patris filios iugulauit, ut diximus in Ouidium de Arte amandi, enarrando eum uerſum,* Cōiugis admiſſum uiolata'que iura mariti Barbara per natos Pha- F *ſias ulta ſuos. In his autem omnib. tragœdijs, in theatris recitabantur, amores continebantur.* A' læſo amore, *ab amore Medeæ ab Iaſone uiolato.* Fecit amor ſubitas uolucres. *Terei tragœdiam intelligit. Nota eſt fabula Ouid. Metam. carmine. Ordo eſt: Amor fecit regem, ſcilicet Tereum cum pellice, id eſt Philomela, ſubitas aues.* Quæq; ſuū luget. *Prognē deſignat, Terei regis Daulidis uxorem, quæ Itym filium occidit, & patri appoſuit propter ſororem Philomelam uiolatam: poſtea mutata fuit in luſciniam. Varro tamen & Seruius Philomelam uerſam eſſe in luſciniam ſcribunt.* Si non Aeropen. *Atrei tragœdiam intelligit. notum eſt autem Aeropen, Atrei uxorem cum Thyeſte concubuiſſe, ut docet Seneca. quod ægrè ferens Atreus, liberos ei epulandos appoſuit: quæ ſol, ne pollueretur, aufugit. Plura diximus in enarrationibus noſtris in Ouidiū de Arte amandi. Illud notandum, Græcos Atrei uxorem nō Europen, ſed Aeropen nominare.* G Impia nec tragicos. *Fabulam hanc quoq; (ne iterum repetamus) ſcripſimus in primo de Remedio amoris.* Tragicos cothurnos, *tragicum ſtilum.* Qui legis Electram. *Electram tragœdiam deſignat, quam Sophocles apud Græcos compoſuit, & ab eo ἠλέκτρα inſcripta fuit. Eandem tragœdiam ſcripſit etiam Euripides. In eam inducitur Electra Oreſtis ſoror, quæ illum è manib. Clytæmneſtræ matris & Aegiſthi uitrici liberauit, occultauitq; apud Strophium Phocenſem. Ipſa urnam, ſimulatis fraternis oſsibus, extulit deflens. Oreſtes ab Argiuis adiutus, matrem, Aegiſthumq; occidit. Electram ſororem Pyladi Strophij filio dedit uxorē, quem in inſania ſemper habuit comitem. Pollux tragœdiarū hiſtrio hæc repræſentaturus, quum dolore filij paulo antè amiſsi angeretur, allatis oſsibus in urnam ex illius tumulo falſam actionem uero dolore impleuit, exemplo memorabili.* Nec egentem mentis Oreſten, *nec Oreſten adhuc inſanum factum. In alio exemplari magis emendatè legitur:* Qui legis Electram, uel egentem mentis Oreſtem. Aegiſthi crimen, *Aegiſthi adulterium cum Clytæmneſtra. Vel certè Agamemnonis mortem, quem Aegiſthus & Clytæmneſtra interfecerunt, quum à bello Troiano rediſſet.* H

Tyndaridoſq;: *& Clytæmneſtræ filiæ Tyndari ex Læda, uxoriſq; Agamemnonis, quæ cum Aegiſtho Thyeſtis filio, dum bello Troiano maritus interfuit, adulterium commiſit.*

* ex Harpina.

Nam

A Nam quid de tetrico. Bellerophontes filius fuit Glauci, uir munere deũm eximij tum roboris, tum decoris, quem Iupiter ſub imperio Prœti regis omni Græcia potentiſsimũ eſſe uoluit: cuius uxor Sthenobœa, cum Bellerophontẽ ad furtiuum concubitũ allicere non potuit, accuſauit apud regẽ, quòd ſe de ſtupro interpellaſſet, & nolenti uim uoluiſſet inferre. Quæ quum audiſſet rex, ingenti indignatione commotus, ueritus tamen iura familiaritatis offendere, eum in Lyciam ad † Burien ſocerum mittit cum literis, in quibus agebatur de eius morte. Qui ubi in Lyciam peruenit, à rege Lyciorum honorifice excipitur. Sed poſtquã decimus dies illuxit, rex à Bellerophõte, quid literarũ attuliſſet à genero, quæſiuit, ac dari popoſcit. Quibus acceptis, & lectis (continebant autem & crimen Bellerophontis, & pœnã) principio imperauit, Chimæram expugnet, atq; occidat animal indomabile, inexpugnabile, neq; humano, ſed diuino genere ortũ: anterius quidẽ leonem, poſterius uerò draconẽ, medio aũt caprã, atq; terribiles ex ore flammarũ globos cum ſpiritu effundentẽ. Hanc Bellerophontes omnib. deorũ fretus auxilijs interemit. Secundo loco iuſſus eſt pugnare cum pugnaciſs. Solymis: quorũ certamen ſolebat ipſe narrare, quàm acerrimũ fuiſſet. Tertiò congreſſus cum fortib. Amazonibus, eas interemit. Poſtremò aliud genus doli, quomodo hunc perimeret, excogitat. Hominũ robuſtiſsimorũ ad fontẽ Lyciæ inſidias collocat, ut reuertentẽ aggreſſi obtruncarẽt: ſed ipſi econtrà nunquã domum reuerſi ſunt, ſed ad unũ omnes obtruncantur. Cuius uirtutẽ admiratus rex, ſtatim filiam cum dimidia & regni & dignitatis portione dedit uxorẽ. autor Homer. Il. 6. B

Quid loquar Hermionẽ? quid te Schœneia uirgo?
Teq; Mycenæo Phœbas amata duci?
Quid Danaen? Danaesq; nurum? matremq; Lyæi?
* Hæmona? & noctes quæ coiere duas?
Quid generum Peliæ? quid Theſea? quid'ue Pelaſgum,
Iliacam tetigit qui rate primus humum?

Quid loquar Hermionen? Hermionen Menelai, uel (ut alij malunt) Theſei et Helenæ filiam fuiſſe conſtat, quæ Oreſti Agamemnonis filio B deſponſata fuit. Sed cum Aegiſthus cum Clytæmneſtra Agamemnonis uxore concumberet, & Electræ ſororis induſtria (ut diximus) eius manus euaſiſſet Oreſtes, conceſsit illam Aegiſthus Pyrrho Achillis filio, qui poſtea ab Oreſte interfectus fuit. Quid te Schœneia uirgo? Ceneia legendũ eſt: Atalantam enim intelligit, Cenei regis Scyri inſulæ filiam, cuius fabulã habes apud Ouid. Metam. lib. 10. Diodorus tamen non Ceneum, ſed Scheneũ illum appellat: à quo Scheneiam quidã uirginem, nõ Ceneiam malunt appellare. Teq; Mycenæo. Caſſandrã deſignat, Priami regis filiam, quam poſt Troiæ excidiũ Agamemnon Mycenas captiuam duxit, captus eius amore. Eam autẽ Clytæmneſtra occidit, ut cecinit Homerus. Quid Danaen? Danaes fabulã diximus in tertio de Arte amandi, ſuper eo uerſu, Quis Danaen noſſet, ſi ſemper clauſa fuiſſet? Inq; ſua turri ſi latuiſſet opus? Danaesq; nurum. Andromedẽ deſignat, cuius etiã fabulã abundè diximus in primo de Arte. Legi tamẽ in alio codice, quod magis etiã placet, Danaiq; nurus, ut ad quinquaginta Belides referatur, de quibus abundè diximus in enarrationib. in Ouid. de Arte amandi.

C Matremq; Lyæi. Scribit Diodorus, Iouẽ, Semele ante partũ fulmine icta, ſumpſiſſe in femore infantẽ: & ut clam Iunone eſſet, uſq; ad pariendi tempus abſcondiſſe, inq; Naxo inſula natũ, † filiæ Coronidi Cliediq;, loci nymphis præbuiſſe educandũ. Fulminaſſe autẽ ante partum Semelen: ut non ex mortali, ſed ex duobus dijs ortus, è ueſtigio fieret immortalis. Idẽ autor alibi ita ſcribit: Semelen Iupiter ob pulchritudinẽ in forma hominis cognouit. quod exiſtimans à Ioue in ſui contemptũ agi, rogauit, ut ſecũ prout cum Iunone aſſueuerat, coiret. Iupiter dei maieſtate aſſumpta, cum tonitrib. ac fulgure ad eam deſcẽdit. At illa prægnans, quum neq; fulguris, neq; tonitrus uim ferre poſſet, partu immaturo edito, expirauit. Infantẽ Iupiter Mercurio dedit ad antrum Nyſæ, quod inter Phœniciam Nilumq; eſt, deferendum, à nymphisq; omni ſtudio curaq; educandũ. unde à Ioue Nyſaq; Dionyſium dixerunt. Idem etiam alibi ſcribit, Iunonem zelo & ira motam, ſumpta unius ex Semeles ancillis forma, ad ulciſcendũ iniuriam, ſuaſiſſe illi, à Ioue petere, ut ea maieſtate honoreq; concumberet, quib. cum Iunone cõſueſſet. Cui cum Iupiter annuiſſet, cum tonitru ac fulmine ad Semelen deſcendit: quæ inſolita re territa expirans, abortum edidit: quem Iupiter abſconditum in femur D quum tenuiſſet, partus tempore editũ, in Nyſam Arabiæ urbem tulit: ubi à nymphis educatus infans, à patre locoq; appellatus Dionyſius eſt. Fabulam etiam refert Ouidius lib. 3. Metam.

Hæmona. Sic quidẽ in omnibus exemplaribus legitur. Non me fugit, Hæmona Antigonem amaſſe. Nam Antigone contempto edicto, ne quis Polynicen mortuum ſepeliret, eum, quoniam frater erat, humauit. Deprehenſa, iuſſu Creontis regis iugulatur ex lege ad tumulum Polynicis. E Hæmon, qui eam impatienter amabat, perfoſſo pectore gladio, ibidẽ ſibi mortem conſciuit. Eum ſequuta eſt mater Eurydice doloris impatiens. Tragœdia extat Sophoclis, quæ Antigone inſcribitur hoc argumẽto. & Euripidis item. Sed illic deprehenſa in adulterio cũ Hæmone, datur ei uxor, & parit * Hæmonem filium. (* Mæonem) Ouid. Nec tibi, ſi quid amas, fœlicius Hæmone cedat. Et Propert. Quid nõ Antigonæ tumulo Bœotius Hæmon Corruit ipſe ſuo ſancius enſe latus. Quare quum ſyllaba hic repugnet, niſi fortè ita corrigas, Hæmona, uel noctes, & reliqua, Alcmenam reponendũ cenſeo: nam etiam Poetæ ſenſus uidetur ita expoſcere. Fuit autem Alcmena (ut ſcribit Diodorus) filia Electryonis & Eurydices, à Perſeo oriunda. Ex Danae enim Acriſij ac Ioue natum Perſea ferunt, ex eo Andromedeq; Cephei Electryonem. Is deinceps ſumpta Eurydice Pelopis, Alcmenã procreauit. Hanc Iupiter quum cognouiſſet, Herculem genuit. Iouem enim ferunt tres noctes in unam redactas, Alcmenæ operam dediſſe. Quod non amoris cupiditate, ut in alijs mulieribus contigit, factum, ſed pueri gignẽdi gratia. G Itaq; nolens ui Alcmenam aggredi, neq; fidens poſſe illi coitũ ob eius prudentiã perſuadere, dolo mulierẽ aggreſſus eſt, Amphitryonis forma aſſumpta, ut etiam Plautus docet. Et noctes quæ coiere duas. Ex tribus noctibus unam feciſſe Iouem diximus, ut Herculem conciperet. Hic uerò Ouidius ex duabus tantùm unam factã aſſerit. Vnde de Soſia Plautinus ita loquitur in Amphitryone, Neque ego hac nocte longiorem me uidiſſe cenſeo. Quid generum Peliæ? Per generum Peliæ, Admetum accipe, qui Alceſten Peliæ filiam maiorem natu, deſpondente Iaſone, poſt Peliam Medeæ fraude peremptum, duxit uxorem. Deſignat autem hic Ouidius Alceſtidis tragœdiam, quam Euripides ſcripſit. Vnde à Iuuenale dictum eſt, Spectant ſubeuntem fata mariti Alceſtem. Eam autem amauit Apollo: & eius amore captus, nouem annis Admeti pauit armenta. De Admeto & eius uxore plura diximus in tertio libro de Arte amandi. Quid Theſea? Tragœdiam de Theſeo intellige, qui (ut auctor eſt Diodorus) natus eſt ex Aethra Pitthei filia, ac Neptuno, in Trœzene nutritus penes Pittheum maternum auum: ac ſigna ab Aegæo ſub ſaxo poſita recognoſcens, Athenas uenit. Is ut Herculis uirtutes imitaretur, ad ea certamina animum adiecit, quæ laudem & gloriam ſibi eſſent allatura. H Et primò Corinetum, deinde Sinim ſuſtulit. Poſtea aprum ſylueſtrem in Crommione occidit. Scyronem etiam, Certionem, ac Procuſten deleuit. Taurum

A Marathonium, ac Minotaurum domuit. Demum Phædræ
accuſatione intercmpto Hippolyto, turbatus Theſeus, pulſus
patria, apud hoſpitem functus eſt uita. De Theſei interitu Pau-
ſanias ita ſcribit: Aiunt Theſeum uinctum fuiſſe, quoad ab
Hercule reductus eſt. Sed omnium uerißimillimum mihi uide-
tur, quod ita audiui. Quum Theſeus in Theſprotidas iuiſſet, ut
Theſprotorum regis uxorem raperet, magnam exercitus par-
tem illic amiſit, ipſeq; & Pirithous (is enim quærēdæ uxori ope
uam impendebat) capti ſunt, & uterq; à rege in uincula conie-
ctus in Cichiro oppido. Eo tempore Tyndari filij expeditionem
in Aphidnam egerunt: oppidoq; capto, Mneſtheum in regnum
reduxerunt. Mneſtheus filiorũ Theſei, qui ad Elpenorem in Eu
boiam clam emandati fuerant, nullam rationē ducebat. Sed quo
niam Theſeo, ſi aliquando ex Theſprotis reduceretur, ſe uiribus
haud parem fore intelligebat, popularem beneuolentiam ſibi
cōciliauit: ut ſi Theſeus ſeruatus rediret, excluderet. Interea The
ſeus in Cretam ad Deucalionem mittitur: ſed tempeſtate in Scy-
ron inſulam delatus, à Scyrijs honorificentißimè ſuſceptus eſt.
Adducebantur enim illi generis gloria & autoritate, quam ſibi
B Theſeus comparauerat. Idcirco Lycomedes ei necem per inſi-
dias ſtruxit. Plutarchus ſcribit, Theſeum à Lycomede auxilium
contra Athenienſes imploraſſe. Sed Lycomedes ſiue uiri glo-
riam reformidans, ſiue Mneſthei ſibi gratiam conciliare uolens,
ipſum quum ad regionis fines perduxiſſet, quaſi inde ſibi agros
oſtenſurus, ex ſaxis deturbauit, atque interemit. Quanquam ali-
qui affirment, per ſe, nullo cogente, ſed errore loci poſt cœnam
(ut conſueuerat) deambulantem concidiſſe: atque in præſentia
eius mors nemini curæ ac ſollicitudini fuit. Cimon poſtea Mil-
ciadis filius Scyron incolis deſertam reddidit, ultus eo pacto The
ſei necem: oſſaq; Athenas retulit. In tragœdia autem Theſei de-
ſcribebatur Helenæ raptus, eiusq; opera, quam Pirithoo præſti-
tit ad rapiendam Proſerpinam, ut antea diximus. Deinde quo
pacto Phædram & Ariadnam abduxerit. Tum Phædræ tur- B
pis amor erga priuignum Hippolytum, & accuſatio: in quibus
ſcriptis Poeta deſignat amores contineri. Quid'ue Pelaſgum.
Iliacam tetigit qui rate primus humum? Proteſilaum dicit, de
quo plurima ſcripſimus in tertio de Arte amandi: ubi etiam Io-
les fabulam plenius deſcripſimus. [Pelaſgum autem uocat,
quia Theſſalus fuit. Pelaſgi autem Theſſaliam à principio te-
nuere. Hinc in Epiſtolis idem poeta: Mittit & optat amans, quò
mittitur ire, ſalutem, Aemonis Aemonio Laodamia uiro.]

Quid te Schœneia uirgo?) Schœneia legendum, per Sch. ita MICY
enim apud Græcos paßim ſcribitur. ut in Commentarijs Theo-
criti & Apollonij, & apud Pauſaniam in Arcadicis, qui & ur-
bem Schœnuntem, à Schœneo Atalantes patre appellatam di-
cit. De Ceneo autem Scyri rege, nihil alibi traditur, quod qui-
dem ego uiderim. Danaesq; nurum.) Ita legendum exiſti-
mo, ut de Andromeda intelligatur: potius quàm, Danaumq; nu-
rus. Quas enim nurus Danai intelligamus, cum Danaus gene-
ros tantùm ex filiabus ſuis habuerit, non nurus? De Androme-
da autem eo potißimum meminiſſe uidetur Poeta, quòd ea cau-
ſa extiterit eius tumultus & cladis, qua Cephenes interierunt, à F
Perſeo in nuptijs Andromedæ occiſi partim, partim in ſaxa con
uerſi: quam fabulam idem Ouidius deſcribit in quinto Metamor
phoſeon. Hæmonaq;, & noctes, &c.) Nihil difficultatis aut
uitij uerſus habet, ſi legas, Hæmonaq;, & noctes, &c. quo pacto
in Aldinis habetur. Nam coniunctio uel, ſi interponatur, uerſum
magis contaminat, quàm emendat. Et pro expoſitum particula
ſeu, non uel, ponenda erat. Ego autem Poetam de utraq; fabula
dicere uoluiſſe puto, Hæmonis ſcilicet & Alcmenes. niſi quod
contra uulgarem traditionem, duas noctes pro tribus in unam
coiſſe dicit. quod tamen & ipſum certo aliquo
autore feciſſe ui-
detur.

MER. Pyrrhiq; parens,
Deidamia Pyrrhi ma-
ter, Lycomedis Scyro-
rum regis filia, apud
quem Thetis Achillem
ſub muliebri habitu ce-
lauit: quoniam à Pro-
C teo acceperat, illum pe-
riturũ eſſe in bello Tro-
iano, ut Statius cecinit. Ex ea Pyrrhum peperit Achilles, cuius
amor continebatur in ea tragœdia.

> Huc Iole, Pyrrhiq; parens, huc Herculis uxor,
> Huc accedat Hylas, Iliacusq; puer.
> Tempore deficiam, tragicos ſi perſequar ignes,
> Vixq; meus capiet nomina nuda liber.
> Eſt & in obſcœnos deflexa tragœdia riſus,
> Multaq; præteriti uerba pudoris habet.

Huc accedat Hylas. Hy-
las puer fuit, comes Her
culis, quem amiſit in Io-
nia iuxta Myſiam. &
quum fuerit compertũ,
quòd extinctus fuiſſet in
fonte, inſtituta ſunt ſa-
cra, in quibus eius nomē G
clamabatur in fontibus.

Huc Herculis uxor. Me-
garam dicit, quam Creon rex Thebarum, cognita Herculis uir
tute, illi uxorem dedit, urbisq; ei ueluti filio curam permiſit. Eu-
ryſtheus (ut ſcribit Diodorus) habens Argis regnum, nota Her-
culis fama, eum ad perficienda certamina accerſit. Renuentem
iußit Iupiter Euryſtheo obtemperare. At hic Delphos adiens,
conſulto ſuper his deo, reſponſum tulit à dijs, iniunctum eſſe, ut
Euryſthei iuſſu duodecim certamina perficeret: quibus ex-
actis, immortalitate potiretur. Ea ex re haud parum eſt animo
commotus Hercules. Nam & ſua indignum uirtute uidebatur
humiliori ſeruire: & Ioui ac patri non obtemperare, tum inuti-
le, tum impoßibile ducebat. Hac anxietate perplexo animo Iu-
no rabiem iniecit. Itaq; in inſaniam (ut etiam ſcribit Seneca in
Hercule furente) amentiamq; uerſus, Iolaum occidere uoluit.
Quo fugiente, filios qui prope Megaram ſtabant, ſagittis uelut
hoſtes appetijt. Paulatim abſcedente dementia, præteritum re-
cognoſcens facinus, doluit ex tanta calamitate, deinde propoſi-
D ta certamina abſoluit. Megaram uerò uxorem Iolao conceßit,
aliasq; deinde ipſe accepit. Per Herculis autem uxorem Poeta
Herculis tragœdiam deſignat, in qua continebantur eius geſta,
& amores: ut Omphales, Ioles, aliarumq; etiam mulierum.
Solinus ſcribit, Hylam lacũ Bithyniæ eſſe, in quem Hylam Her-
culis delicias cecidiſſe credunt. In cuius memoriam ſolenni ſal-
tatione populus lacum circuibat, Hylam uoce clamans. Scribit
etiam Strabo lib. 12. Hylam unum è ſocijs Herculis fuiſſe, qui e-
tiam Argonauta erat: & quum aquatum egrederetur, à nymphis
captum finxerunt. Fuit autem in Bithynia, iuxta Pruſiadem ur-
bem, ubi adhuc feſta quædam celebrabantur, in quibus per mon
tes uagi ac ſaltantes Hylam uocant, quaſi in ſyluas ad illũ inqui-
rendum egrediantur. ὑλάω enim reſono, uel clamo ſignificat. In-
telligit autem Poeta aut tragœdiam de Hyla, aut Herculis tra-
gœdiam, in qua Hylas, Herculis deliciæ, continebatur. Ilia-
cusq; puer: & Ganymedes Troianus, filius Trois regis, & fra-
ter Ili & Aſſaraci, qui à dijs raptus eſt in pincernam Iouis, ut do
cet Diodorus. Potes & Atym Phrygium puerum pulcherri-
mum intelligere, quem Cybele caſto ſibi amore deuinxit, iußitq;
ut caſtus eius templa tueretur. Qui poſtmodum captus amore
Sangaritidis nymphæ, in furorem conuerſus, putans domum
ruere, fugit: & per ſumma Dindymi montis Phrygiæ, qui deæ
ſacer eſt, furioſe diſcurrens, arrepto lapideo cultro, ſeipſum ca- H
ſtrauit, ut docet in quarto Faſtorum Ouidius. de qua hic tragœ-
diam cōpoſitam intelligit. [Potius tamen eſt, ut de Ganymede in
telligatur: quãdo ut Hylas Herculis, ita hic Iouis amaſius fuit.]

A Ignes tragicos, amores qui in tragœdijs continentur. Tragœdia autem (ut in Minoe ſcribit Plato) eſt antiquiſſima, nec (ut pleriq; putant) à Theſpide, aut Phrynicho ſumpſit initium, ſed multo antè ab Athenienſi ciuitate. Quid autem ſit tragœdia, & unde dicatur, docet Diomedes grammaticus. Nomina nuda, nomina aperta & obſcœna. uel (quod magis placet) nomina ſola eorum, quorum cauſa compoſita eſt tragœdia, abſque alia uitæ eorum narratione. quaſi dicat, Sola ipſa nomina tragœdiarum uix poſſent numerari, nedum amores, qui in illis continentur. B

In obſcœnos riſus: tractantur etiam plerunq; in tragœdijs res obſcœnæ, quibus rident ſpectatores. Magis tamen emẽdatè alibi legi, In obſcœnos uerſus. Præteriti pudoris, præteritæ obſcœnitatis. Inducitur enim aliquis olim obſcœnum aliquid geſſiſſe.

Nec nocet autori, mollem qui fecit Achillem,
Infregiſſe ſuis fortia facta modis.
Iunxit Ariſtides Mileſia crimina ſecum,
Pulſus Ariſtides nec tamen urbe ſua eſt.
Nec qui deſcripſit corrumpi ſemina matrum,
Eubius impuræ conditor hiſtoriæ.
Nec qui compoſuit nuper Sybaritida, fugit:
Nec qui concubitus non tacuere ſuos.
Sunt ea doctorum monumentis mixta uirorum,
Muneribusq́ ducum publica facta patent.
Ne'ue peregrinis tantum defendar ab armis,
En Romanus habet multa iocoſa liber.
Vtq́ ſuo Martem cecinit grauis Ennius ore,
Ennius ingenio maximus, arte rudis.
Explicat ut cauſas rapidi Lucretius ignis,
* Cauſarumq́ triplex uaticinatur opus.

MER. Nec nocet autori, nec nocet Homero. [Videnum magis de alio quopiam intelligendum ſit poeta, qui Achillis amores deſcripſerit Elegiaco, aut ſimili aliquo carmine.] Infregiſſe fortia facta: denigraſſe fortia eius geſta, ob raptam Briſeida, aut lyra perſonaſſe. Suis modis, eius B pertinacia, aut laſciuiæ aut certè ſuis modulationibus. Iũxit Ariſtides. Ariſtides libros quoſdã edidit, qui Mileſij appellabantur, de luxuria & delicijs compoſiti, ut eſt auctor Plutarch. & Ap- [margin: Cæſarumq́;] pianus. Fuere autem Mileſij delicijs luxuq; notabiles. Vnde prouerbium Græcorũ extat tale: οἴκοι τὰ μιλήσια, μὴ γ᾽ ἐνθάδε, id eſt, Domi, non hic Mileſia.

Iunxit ſecum: ingenio ſuo accõmodauit, aut ſimul compoſita ſcripſit. Mileſia crimina, delicias & laſciuiam Mileſiorum. Fuere enim perquàm impudici, ut in Craſſi uita docet Plutar. Pulſus Ariſtides. Ariſtides, ut in Tuſculanis docet Cicero, expulſus eſt patria, quòd præter modum iuſtus eſſet. Sed hunc, de quo hic Ouidius intelligit, aliũ fuiſſe manifeſtò apparet. Nec qui deſcripſit: nec Eubius hiſtoricus exulauit, quòd docuit partus matrum corrumpi & eyci. Semina matrum: partum, ſemen genitale, conceptum. Corrumpi: uiolari, emitti. Impuræ con- C ditor hiſtoriæ. Credendum eſt, Eubium hiſtoricum in eius opere hiſtoriam aliquam poſuiſſe, qua exponebat fœminam aliquam potione & ueneficijs partum corrupiſſe: quod quum fecerit, uidetur alios eiuſmodi crimen docuiſſe. Nec qui compoſuit nuper Sybaritida. Hemitheon Sybarita (ut ſcribit Lucianus in oratione ad ineruditum, qui multos emptitabat libellos) mirificas leges conſcripſit, quomodo inſanire oporteat, & uelli, pati, ac facere illa. De huius poetæ libellis obſcœniſſimo argumento compoſitis nimirũ intellexit Martialis lib. 12. eo uerſu, Qui certant Sybariticis libellis. De Sybaritarum luxuria multa Suidas & Strabo. [De Eubio aliàs nihil extat: de Sybaritidis autem autore Hemitheone etiam Politianus annotauit Miſcell. 15.] Sybaritida, opus Hemitheonis plenũ Sybaritanæ laſciuiæ. Fuit autem Sybaris oppidum Calabriæ, inter Crathim & Sybarim fluuios.

Nec fugit, nec exulauit. Nec qui cõcubitus. Eos poetas intelligit, qui uarios concubitus carmine complexi ſunt. Inter cæteros autem notatur Elephantis, qui apud priſcos uaria coeundi genera deſcripſit, ut plenius diximus in Ouidium de Arte amandi. [Huius meminit Martialis libro duodecimo: Nec nullos Elephantidis libelli, &c.] Sunt qui ita legant, Nec quæ concu- D bitus non tacuere ſuos: & Philenem notari intelligunt. Fuit autem Philenis meretrix, quæ (ut ex epitaphio græcis uerſibus conſcripto cognoſcitur) carmine Philocratis poetæ laceratur. Negat enim ex tumulo, ſe unquam ea commiſiſſe, quæ ſcripſerat Philocrates: rogatq́; ne poetæ fides adhibeatur. Scripſit hæc uaria genera concubitus, notata in obſcœno carmine, ubi figuras Philenis tangit. Eam Tribadem appellat Martialis. Sunt ea doctorum. Ea, inquit, ſcripta, quamuis ſint obſcœna, tamen numerantur inter doctorum hominum monumenta. F Muneribus ducum, concedentibus imperatoribus. Publica facta, ea ſcripta omnibus expoſita. Patent, aperta ſunt. Ab armis peregrinis, ab externorũ ſcriptorũ uoluminibus.

Romanus liber, poemata à Romanis & Latinis edita. Vtq; ſuo Martem. Quemadmodum, inquit, ſunt poetæ, qui grauia ſcripſere, ut Ennius & Lucretius: ſic quidam laſciua opera edidere, ut Catullus, & alij. Martem, prælium & Annales, uerſu heroico, ut docet Gellius: quibus bella Italiæ continebantur, ut diximus in tertio de Arte amandi. Ennius ingenio maximus. Ingenio maximum appellat, arte autem rudem: quoniam poeta ille uſus eſt inuentione, & ſentẽtijs egregijs, ſed uerbis non multum ornatis. Vnde Maro dicere ſolebat, ſe ex ſtercore Ennij aurum colligere. Explicat ut cauſas. T. Lucretius poeta, autore Euſebio, amatorio poculo in furorem uerſus, quum aliquot libros per interualla inſaniæ conſcripſiſſet, quos poſtea Cicero G emendauit, propria ſe manu interfecit, anno ætatis quadrageſimotertio. Rapidi ignis, ignis omnia rapientis & conſumentis. Lucretius enim grauia, hoc eſt naturas rerum deſcribit, quas per ignem intelligit, de quo ita inquit: Verum (ut opinor) ita eſt, ſunt quædam corpora, quorum Concurſus, motus, ordo, poſitura, figuræ, Efficiunt ignes, mutatoq; ordine mutant Naturam: neque ſunt igni ſimulata, nec ulli Præterea rei, quæ corpora mittere poſſet Senſibus, & noſtros adiectu tangere tactus. Cauſarumq; triplex uaticinatur opus. Vt carmen hoc intelligatur, Senecam audiamus, qui in epiſtola poſtrema octaui libri Epiſtolarum ad Lucilium ita ſcribit: Triplex cauſa eſt. Dicunt (ut ſcis) Stoici noſtri duo eſſe in rerum natura, ex quibus omnia fiunt, cauſam, & materiam. Materia iacet iners, res ad omnia parata, ceſſatura, ſi nemo moueat. Eam autem ratio materiam format, & quócunq; uult, uerſat: ex illa uaria opera producit. Eſſe ergo debet, unde fiat aliquid, deinde à quo fiat. Hoc cauſa eſt, illud materia. Omnis ars naturæ imitatio eſt. Itaq; quod de uniuerſo dicebam, ad hæc transfer, quæ ab homine facienda ſunt. Statua & materiã habuit, quæ pateretur artificẽ: & artificem, qui materiæ daret faciem. ergo in ſtatua materia æs fuit, cauſa opi- H fex. Eadẽ conditio rerũ omniũ eſt. Ex eo conſtat quod fit, & ex eo quod facit. Stoicis placet, unã cauſam eſſe id quod facit. Ariſtot. putat cauſam tribus modis dici: Prima, inquit, cauſa eſt ma-

teria

A teria ipſa,ſine qua nihil poteſt effici. Secunda,opifex. Tertia eſt
forma,quæ unicuiq; operi imponitur,tanquã ſtatuæ. Nam hanc
Ariſtoteles Idos uocat. Quarta quoq;,inquit,his accedit,propoſi
tum totius operis. Quid ſit hoc,aperiam. Aes prima ſtatuæ cau-
ſa eſt:nunquam enim facta eſſet,niſi fuiſſet id,ex quo funderetur
duceretur'ue. Secunda cauſa artifex eſt: non enim potuiſſet æs il
lud in habitũ ſtatuæ figurari,niſi acceßiſſent petitæ manus. Ter
tia cauſa eſt forma:neq; enim ſtatua illa Doryphoros,aut Dia-
dumenos uocaretur, niſi hæc illi eſſet impreſſa facies. Quarta
cauſa eſt faciendi propoſitũ:niſi enim hoc fuiſſet,facta non eſſet.
Quod eſt propoſitum,quod inuitauit artificem? quod ille ſequu-
tus fecit:uel pecunia eſt hoc,ſi uenditurus fabricauit: uel gloria,
ſi laborauit in nomen:uel religio,ſi donum templo parauit. Ergo
& hæc cauſa eſt, propter quam fit. His quintam Plato addidit,
exemplar,quam ipſe ideam uocat:hoc eſt enim id,ad quod reſpi
ciens artifex,id quod deſtinabat,effecit. Hæc exemplaria rerum
omnium Deus intra ſe habet,numerosq́; uniuerſorum,quæ agen
da ſunt, & modos mente complexus eſt, plenus his figuris eſt,
quas Plato ideas appellat immortales, immutabiles, infatigabi
B les,innumerabiles. Itaq; homines quidem pereunt:ipſa autem hu
manitas,ad quam homo affingitur, permanet: & hominibus la
borantibus,aut intereuntibus,illa nihil patitur. Quinq; ergo cau
ſæ ſunt,ut Plato dicit: id ex quo,id à quo,id in quo,id ad quod,id
propter quod:nouißimè id quod eſt ex his,tanquam ex ſtatua. Id
ex quo,æs eſt. Id à quo,artifex eſt. Id in quo,forma eſt,quæ apta
tur. Id ad quod,exemplar eſt,quod imitatur is qui facit. Id pro-
pter quod,faciendi propoſitum eſt. Id quod ex iſtis eſt, ipſa ſta-
tua eſt. Hæc omnia mũdus quoq;(ut ait Plato)habet facientem:
hic Deus eſt,ex quo fit. Hæc materia eſt. Forma hæc eſt habitus,
& ordo mundi,quem uidemus. Exemplar ſcilicet,ad quod Deus
hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit. Propoſitum,pro-
pter quod fecit. Quæris quid ſit propoſitum? Dei bonitas eſt.
Triplex opus cauſarum:tripartitam materiam,uel triplicẽ effe
ctum cauſarũ,ut Ariſtoteli placuiſſe diximus: quamuis & quar
tam addiderit. Ex quo deſignat Ouidius, Lucretiũ cauſas rerum
tres,ex quibus omnia fiant, carmine complexum fuiſſe. In quo-
dam tamẽ uetuſtißimo codice legi non Cauſarum, ſed Caſurum:
ut dicat Poeta Lucretium ceciniſſe,quomodo tria elementa, ma-
re ſcilicet, cœlum, ac terra interitura ſunt, quod libro quinto ita E
cecinit: Principio maria, & terras, cœlumq́; tuere, Quorum na-
turam triplicem, tria corpora Memmi, Tris ſpecies tam dißimi
les, tria talia texta Vna dies dabit exitio: multosq́; per annos Su
ſtentata ruet moles, & machina mundi. Et Ouidius in epiſtola
ad Liuiam, de morte Druſi ita inquit: Ecce necem intentam cœ-
lo, terræq́;, fretoq́;. Caſurum triplex uaticinatur opus. Quo-
modo autem cauſas ignis Lucretius deſcribat, diximus ſuprà. In
enarratione huius uerſus quidam delirant. Vaticinatur, canit
tanquam uates & poeta.

Pulſus Ariſtides.) Ariſtides Mileſius poeta fuit, qui Mileſia MICY
ca, poema de rebus impudicis, ſcripſit. cuius Plutarch. in Craſſo,
& Lucianus in Amoribus meminerunt. & annotauit de eodem
Ang. Politianus Miſcellan. 16. Explicat ut cauſas rapidi Lu
cretius ignis.) Hic locus bifariã accipi uidetur poſſe. Vel ut ſim-
pliciter ignem accipiamus, materialem, & quo quotidie utimur.
uel ut ad fulmẽ, & eius cauſas referamus, propter epitheton Ra
pidi. Ita enim & Virgil. dixit, Ipſa Iouis rapidum iaculata è nu
bibus ignem, &c. cum fulmen ſignificaret. Ac de fulminis cau-
ſis, & unde idem generetur, libro ſexto Lucretius agit. De reli- F
quo autem igne, quibus ex cauſis, & unde in terras uenerit, lib.
quinto, his uerſibus: Illud in his rebus tacitus ne fortè requiras,
Fulmen detulit in terras mortalibus ignẽ Primitus, unde omnis
flammarum diditur ardor. & ſequentibus. In primo autẽ libro,
cuius uerſus hic Merula citat, non de cauſis aut origine ignis tra
ctat Lucretius, ſed de eo, quòd ignis non ſit principium rerum, id
quod Democritus docuerat. Cauſarumq́; triplex uaticinatur
opus.) Nuſquam Lucretius tres tantùm cauſas rerum ponit, ſed
duo principia, quatuor elementa, cauſasq́; eaſdem, quæ ab alijs
recenſentur. Quare lego Caſurum, pro Cauſarum. idq́; propter
ipſos hos uerſus, qui hic à Merula citantur. Ac mihi quidem uide
tur Ouidius etiã ad uerba Lucretij alludere, cum uocat triplex
opus, mundum. Nam & ille triplicem naturã, tria corpora, tres
ſpecies, & tres contextus dixit, cum totã hanc mundi machinam
ſignificare uellet. Diſputat autem eo loco Lucretius, mundum
eſſe interiturum: contra eos, qui æternum fore ſenſerunt. Hoc
Ouidius uaticinari uocat, ueluti prædictionẽ quandam eius quod
futurum eſſet, facere. De futuris enim uaticinia dicuntur.

Sic ſua laſciuo cantata eſt ſæpe Catullo
  Fœmina, cui falſum Lesbia nomen erat.
Nec contentus ea, multos uulgauit amores,
  In quibus ipſe ſuum faſſus adulterium eſt.

MER. Sic ſua laſciuo: ſic e-
C contrà alij fuere, ut Ca-
tullus, qui carminis laſci
uia inſignes fuere. Catul
lus autem Leſbiam pro
Clodia amicam nomina
uit, amauitq́; ardentißi-
mè, carmineq́; eam complexus eſt. Et quoniam in Catulli mentio
nem incidimus, ſenſum & ordinem ſecundi epigrammatis, quod
ita incipit, Paſſer deliciæ meæ puellæ, obiter enarremus. Poeta
Catullus non deflet mortem paſſeris, non admiratur etiam eius
luſus, ut pleriq; arbitrati ſunt: ſed cupit poſſe amorem pellere eo
modo, quo amica, quæ triſtitiam ponit ludẽdo cum paſſere, quod
ſi contingeret, id illi tam gratum eſſe, ut malum aureolum puel-
læ Atalantæ fuiſſe ferunt. Eſt aũt ordo: O paſſer, deliciæ meæ
puellæ, qui cum ea ſolet ludere, quem illa ſolet tenere in ſinu, cui
appetenti illa ſolet dare primum digitum, & incitare acres mor
ſus. Quum libet deſiderio meo nitenti iocari neſcio quid charum.
Et quem paſſerem credo eſſe ſolatiolum ſui doloris. Vt, id eſt u-
tinam. Terentius, Vt te dij deæq́; omnes perdant. Poſſem tecum
ludere, ſicut ipſa. Et pro, id eſt, leuare curas triſtis animi. Quum
D grauis ardor, id eſt grauis dolor amicæ. Acquieſcat, hoc eſt, ſo-
leat acquieſcere & leniri. Poſtea ſubiungit: Tam gratum eſt mi
hi, ſcilicet hoc, quòd cupio poſſe dolorem ponere luſu paſſeris, ut
facit amica Leſbia. Hic eſt uerus poetæ ſenſus, & ordo à nobis
primùm excogitatus:
qui an uerus ſit, legen- G
tes quæſo iudicent. Sic
etiã à nobis declaratum
eſt carmẽ illud eiuſdem
poetæ, in calce prioris
Epigrammatis: Patroa
uirgo Plus uno maneat perenne ſeclo. Idq́; in epiſtola quadam ad
Alexandrum fratrẽ, in prima ſtatim pagina Faſtorũ Ouidij: ubi
docuimus, uirginẽ Patroam, pro charta patriæ poetæ, & Vero-
nenſi. Quemadmodum apud Martialem eo uerſu, Scrinioq́; ſi-
gnatas Cuſtodit ipſe uirginis pater chartæ. Et à Patros fit poſ-
ſeßiuum Patrous, ut ab Bos Bous. Eſt autem ordo: Virgo Patroa
maneat perenne, pro perenniter: ut ſit nomen pro aduerbio po-
ſitum. Sic Virgilius, Toruumq́; repentè Clamat. Plus uno ſeclo,
plus multis annis. Quibus uerbis non inuocat Pallada, non Mu-
ſam, quod minimè fit à poetis epigrammatarijs: ſed optat ut per-
enne ſit opus, & charta uirgo, id eſt charta, quæ nunquam an-
tea edita fuit. quemadmodum uirginem etiam eam appellamus,
quæ nunquam partum edidit. Emendemus etiam carmen illud
eiuſdem poetæ, Propontidem, trucem'ue Ponticum ſinum. Qui-
dam enim eum locum ita legunt, ut aßignauimus. Ego uerò Pro H
pontida (ut omnia habent exemplaria) reponendum cenſeo:
nam ultima ſyllaba eius nominis communis eſt, ſequente muta
cum liquida. quemadmodum que copula apud Maronem in eo
uerſu,

A uerſu, Tribulaq;, trabeæq;, & iniquo pondere raſtri. Multa etiā alia Catulli loca, aliorumq; etiam autorū, tum deprauata, tum ab alijs parum intellecta, aut minus obſeruata, in medium aliàs proferemus: nunc, ne ab interprete noſtro digrediamur, ad Ouidij carmen redeundum. Cui falſum Lesbia nomen erat. Legitur etiam falſo: hoc eſt quæ falſo Lesbia dicebatur. id quod etiam docet Apuleius in Apologia prima his uerbis: Eadem igitur opera accuſent C. Catullum, qui Lesbiam pro Clodia nominauit, & Ticidā ſimiliter, q. quæ Metella erat, Perillā ſcripſerit. Multos uulgauit amores: faſſus eſt, ſe etiam alias amaſſe. B

Par fuit exigui, ſimiliſq; licentia Calui,
Detexit uarijs qui ſua facta modis.
Quid referam Ticidę? quid Memmi carmen? apud
Nomē adeſt rebus, nominibuſq; pudor. (quos
Cinna quoq; his comes eſt, Cinnaq; procacior An-
Et leue Cornifici, parq; Catonis opus. (ſer,
Et quorum libris modò diſſimulata per illos
Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo.
Is quoq; Phaſiacas Argon qui duxit in undas,
Non potuit Veneris furta tacere ſuæ.
Nec minus Hortēſi, nec ſunt minus improba Serui
Carmina. quis dubitet nomina tanta ſequi?
Vertit Ariſtiden Siſenna, nec obfuit illi
Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe iocos.

MER. Par fuit exigui ſimiliſq; licentia Calui, Detexit uarijs qui ſua facta modis. Caluus orator (autore Seneca libro 4. Controuerſiarum) diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de principatu eloquentiæ habuit, uiolentus accuſator & concitatus fuit. Carmina quoq; eius quamuis ioco ſa fuerint, plena tamen fuere ingentis animi. Dixit de Pompeio: Digito uno caput ſcalpit, Quo B credas ſibi hunc belle uirum. Calui meminit & Cicero in libro de Claris oratoribus, ac etiam Tranquillus in C. Cæſare his uerbis: C. Caluo poſt famoſa epigrammata de reconciliatione per amicos agēti ultro ac prior ſcripſit. Amauit autem Quintiliam, de qua ſcripſit elegias: eiuſq; etiam mortem carmine elegantiſſimo defleuit, dicente Propertio: Hoc etiam docti confeſſa eſt pagina Calui, Quum caneret miſeræ funera Quintiliæ. Eum exiguum appellat Ouidius, propterea quòd fuit paruæ ſtaturæ, ut docet Seneca de eo ita ſcribens: Erat enim paruulus ſtatura, propter quod etiam Catullus in Hendecaſyllabis uocat illum Salaputiū ſeu Holopichiū, id eſt integrū cubitum. Non me fugit locū illum Catulli ab alijs aliter etiam legi. Quid referam Ticidæ? Ticida poeta ſcripſit elegias de Perilla quam amauit. eius poetæ meminit Tranquillus in libro de Claris grammaticis, cuius uerba hæc ſunt: Scripſit Cato præter grammaticos libellos, etiā poemata, ex quibus præcipuè probantur Lydia & Diana. Lydiæ Ticida meminit, Lydia doctorum maxima cura liber: Dianæ C Cinna, Secula permaneat noſtri Diana Catonis. Quid Memmi carmen? C. Memmi poetæ pariter & oratoris meminit Plinius in Epiſtolis & Tranquillus, ſcribens illum obieciſſe C. Cæſari, ſtetiſſe ad cyathum & uinum Nicomedi regi. Et alibi ſcribit eundem Cæſarem C. Memmij, cuius aſperrimis orationibus non minori acerbitate reſcripſerat, etiam ſuffragatorem mox in petitione conſulatus fuiſſe. Fuit autem mordaciſſimus, ut docuit Craſſus orator: qui tota Tarracina omnibus in parietibus has literas inſcriptas fuiſſe dixit tria L L L. & duo M M. quum quærerent quid ſignificarent, quendam oppidanum ſenem dixiſſe hoc ſignificari, Lacerat lacertum Largij mordax Memmius. Is fuit prætor Bithyniæ, cum quo Catullus poeta nauigauit, ut ipſe docet in eo epigrammate, Piſonis comites cohors inanis. Extant etiam Ciceronis epiſtolæ ad hunc (ut opinor) Memmium libro decimotertio. Nomen adeſt rebus. Res quum in aliquem ſcribunt uel obſcœnas ſuis etiam nominibus, & uerbis parum honeſtis appellant, id quod etiam facit Catullus. Cinna quoque his comes eſt, Cinnaq; procacior Anſer. Q. Heluius Cinna poeta fuit, qui ſcripſit Smyrnam, quam decem annis eli- D mauit, ut Seruius docet. Cinnaq; procacior Anſer. Anſer poeta fuit Antonij, qui eius laudes ſcripſit. de quo Cicero in Philippicis: Ex agro Phalerno anſeres appellantur. Ipſum enim donarat Antonius in Campania. Propertius: Nec minor his animis, & ſi minor ore, canorus Anſeris indocto carmine ceſſit olor. Fuit autem Anſer in ſuis ſcriptis laſciuus. Et leue Cornifici. Cornificius poeta à militibus deſtitutus interijt, quos ſæpe fugientes galeatos lepores appellarat: huius ſoror Cornificia inſignia condidit epigrammata. Leue autem opus appellat propter amatoria, quæ in eis cōtinebantur: nam & amantes leues appellantur. Aut leue opus, id F eſt molle opus, & laſciuum. Parq; Catonis opus. Valerius Cato (ut ſcribit Tranquillus de Claris grammaticis) fuit Burſenni cuiuſdam libertus ex Gallia, qui licentia Syllani temporis exutus patrimonio, grammaticen docuit: uſuſq; eſt peridoneus præceptor maximè ad poeticā tendentibus, ut apparet his uerſiculis: Cato grammaticus, Latina Siren, Qui ſolus legit, ac facit poetas. Is ſcripſit præter grammatices libellos etiam poemata: ex quibus præcipuè probata fuit Lydia & Diana: de quibus hic Ouidius intelligit. Et quorum libris modò diſſimulata Perilla, Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo. Ticidam poetam ſignificat: qui (ut diximus) Perillam amauit: quam Metellam, à Metello Romano cognominauit. & quoniam his Ouidius Ticidæ poemata expreſſit, credendum eſt illum præter elegias de amica Perilla, alias etiam elegias impudicas edidiſſe: quod uidetur deſignare eo uerſu, Quid referam Ticidæ? Is quoq; Phaſiacas Argon qui duxit in undas, Non potuit Veneris futura tacere ſuæ. Varronem Attacinum intelligit, qui Leucadiam amauit. de qua Propertius: Hæc quoq; perfecto ludebat Iaſone Varro, Varro Leucadiæ maxima flamma ſuæ. Varro autem ſcripſit Argonautica, Apollonium imitatus: uel potius in Latinum uertit, ut plenius diximus in Ouidium de Arte amandi. Nec minus Hortenſi, nec ſunt minus improba Serui Carmina. quis dubitet nomina tanta ſequi? Hortenſius & Seruius Sulpitius, quamuis fuerint optimi oratores, manſuetioribus tamen muſis operam dedere: quam rem docet Plinius Iunior libro Epiſtolarum quinto. cuius uerba hæc ſunt: Sed ego uerear, ne me non ſatis deceat, quod decuit M. Tullium, C. Caluum, Aſinium Pollionem, M. Meſſaliam, Qu. Hortenſium, M. Brutum, L. Syllam, Q. Catulum, Q. Scæuolam, Seruium Sulpitium, Varronem, Torquatum, imò Torquatos, C. Memmium, Lentulum, Getulicum. Sulpitij etiam meminit Auſonius, cuius poema prurire dixit propter carminis laſciuiam. Nec ſunt minus improba, nec ſunt minus laſciua. Vertit Ariſtiden Siſenna. L. Siſennam inter oratores enumerat Cicero, cuius uerba hæc ſunt: L. Siſenna doctus uir, & ſtudijs optimis deditus, bene Latinè loquens: gnarus reipublicæ, non ſine facetijs: ſed neque laboris multi, nec ſatis uerſatus in cauſis, interiectuſq; inter duas H ætates Hortenſij & Sulpitij: nec maiores conſequi poterat, & minori neceſſe erat cedere. Huius omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt: quæ quum facilè omnes uincat ſuperiores,

A tum indicat tamen quantum abſit à ſummo. quãquam genus hoc ſcriptionis nondum ſit ſatis Latinis literis illuſtratum. Tranſtulit autem è Græco in Latinum Ariſtidæ libros Mileſios: de quibus antea diximus. Nec obfuit illi: nec nocuit Siſennæ, qui hiſtoriam Romanam compoſuerat, etiam laſciuos & impudiciſſimos illos Ariſtidæ libellos tranſtuliſſe.

Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo.) Non uidetur hũc locum ſatis accepiſſe Merula. Neq; enim de Ticida, ſiue eo qui Perillam falſo nomine decantauit, Ouidius hic nunc intelligit, ſed de illis, qui ſuo ac uero nomine Metellam, quæ hactenus ſub Perillæ nomine ſiue à Ticida, ſiue ab alio cælata fuerat, celebrarunt: quorum tamen nomina ipſe hic reticet, ſiue metri neceſſitate coactus, ſiue etiam honoris gratia. E

MICYL. Et quorum libris modò diſſimulata Perilla,

Nec fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo,
 Sed linguam nimio non tenuiſſe mero.
Credere iuranti durum putat eſſe Tibullus,
 Hoc etiam de ſe quod neget illa uiro.
Fallere cuſtodem demum docuiſſe fatetur,
 Seq; ſua miſerum nunc ait arte premi.
Sæpe uelut gemmam dominæ, ſignumq; probaret,
 Per cauſſam meminit ſe tetigiſſe manum.
Vtq; refert, digitis ſæpe eſt nutuq; locutus,
 Et tacitam menſæ duxit in orbe notam.
Et quibus è ſuccis abeat de corpore liuor,
 Impreſſo fieri qui ſolet ore docet.
Deniq; ab incauto nimium petit illa marito,
 Se quoq; uti ſeruet, peccet ut illa minus.
Scis cui latretur, cum ſolus obambulat ipſe,
 Cui toties clauſas excreet ante fores.
Multaq; dat furti talis præcepta, docetq;
 Qua nuptæ poſſet fallere ab arte uiros.
Nec fuit hoc illi fraudi, legiturq; Tibullus,
 Et placet, & iam te principe notus erat.
Inuenies eadem blandi præcepta Properti,
 Diſtrictus minima nec tamen ille nota eſt.
His ego ſucceſſi, quoniam præſtantia candor
 Nomina uiuorum diſſimulare iubet.
Non timui (fateor) ne quà tot iere carinæ,
 Naufraga ſeruatis omnibus una foret.
Sunt alijs ſcriptæ, quibus alea luditur, artes:
 Hoc eſt ad ueſtros non leue crimen auos.

MER. Nec fuit opprobrio. Cornelius Gallus res tenens Romanas, Aegypti procurator, exhauſit ciuitatem Thebarum, plurimis interceptis: reuerſusq; quum furti accerſeretur, & populatæ prouinciæ, metu nobilitatis acriter indignatæ, cui negotium ſpectandũ dederat imperator, ſtricto B incubuit ferro, ut docet Ammianus Marcellinus. Cui Euſebius quoq; aſtipulatur, ita ſcribens: Cornelius Gallus, de quo Vergilius ſcribit in Bucolicis, primus tenuit Aegyptum, quæ ab Auguſto facta eſt Romana prouincia. Hic quadrageſimo ætatis ſuæ anno propria ſe manu interfecit. de quo Propertius ita cecinit: Et modò formoſa quàm multa Lycoride Gallus Mortuus inferna uulnera lauit aqua. Hic tamen Ouidius uidetur ſentire eum nimio uino linguam nõ tenuiſſe, C ſed de Auguſto oblocutum, à quo ex infima fortuna ad præfecturam Aegypti fuerat euectus: poſtea dolore arbitrandum eſt ſeipſum interfeciſſe, quum illi Auguſtus & prouincia & domo interdixiſſet, ob ingratum & maleuolum animum, ut eſt autor Tranquillus. Cornelij Galli meminit etiam Strabo. Seruius ſcribit illum Foroiulienſem fuiſſe, tranſtuliſſeq; in Latinum Euphorionem: & de Citheride Voluminij liberta, & à ſe amata, quam Lycorida appellauit, ſcripſiſſe libros quatuor. Eum Tibullo, & Propertio duriorem fuiſſe ſcribit Fabius. Credere iuranti. Quod hic dicit Ouidius, facit Tibullus in elegia ſexta. Dicit enim eius amicam Deliam ſibi negare cum nullo alio ſe rem habere: quod ille fatetur eſſe incredibile. ita enim inquit: Illa quidem tam multa negat. ſed credere durum eſt: Sic etiam de me pernegat uſq; uiro. Hoc etiam. Ordo eſt: Quod etiam neget hoc, & reliqua, uel certè hoc propter hoc. Fallere cuſtodem. Id etiam de ſe ita profitetur Tibullus: Ipſe miſer docui, quo poſſet ludere pacto Cuſtodes: heu heu nunc premor arte mea. Id autem docuit in ſecunda elegia eo uerſu: Tu quoq; ne timidè cuſtodes D Delia falle. Audendum eſt: fortes adiuuat ipſa Venus. Sæpe uelut gemmam. Id ita eſſe Tibullus cecinit: Sæpe uelut gemmas eius, ſignumq; probarem, Per cauſam memini me tetigiſſe manum. Digitis ſæpe eſt nutuq; locutus. Tibullus: Neu te decipiat nutu, digitoq; liquorem Ne trahat, & menſæ ducat in orbe notas. Et quibus è ſuccis abeat. Tibullus: Tunc ſuccos herbasq; dedi, quis liuor abiret, Quem facit impreſſo mutua dente Venus. Deniq; ab incauto. Tibullus: At tu fallacis coniunx incaute puellæ, Me quoq; ſeruato, peccet ut ipſa nihil. F Peccet ut illa minus, ut amica cum alijs non audeat peccare. Scit cui latretur. Tibullus: Ille ego ſum, nec me iam dicere uera pudebit. Inſtabat tota cui tua nocte canis. & alibi: Non fruſtra quidam iam nunc in limine perſtat Sedulus, ac crebrò proſpicit ac refugit. Et ſimulat tranſire domum, mox deinde recurrit Solus, & ante ipſas excreat uſq; fores. Ipſe, alius amator quàm Tibullus cui latratur. G [Imò ipſe Tibullus, ut ex uerſibus ſuprà citatis.] Excreet, amator alius amicæ Tibulli. Talis furti, talis coitus. Eadem præcepta, idem docentia quod Tibullus. Minima nota, minima infamia. His ego ſucceſſi, poſt hos ego quoque eadem laſciuia in meis ſcriptis uſus ſum. Nomina uiuorum, Poetarum uiuentium nomina: qui quamuis laſciua ſcripſerint, tamen ob eorum ſplendorem compellor eos tacere. Tot carinæ, tot ingenia poetarum. Vna foret naufraga, ſolus damnarer. Seruatis omnibus: ſeruatis cunctis, qui eadem ſcripſere. Quibus alea luditur, quibus alea deſcribitur. Eſt autem alea, omnis ludus magna ex parte in fortunæ uarietate conſiſtens.

MICY. Nec fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo, &c.) De Gallo poeta Suetonius in Auguſto: Non temerè, inquit, ex omni numero in amicitia eius afflicti reperiũtur, præter Saluidienũ, quem ad conſulatum uſq;, & Corn. Gallum, quem ad præfecturam Aegypti, ex infima utrumq; fortuna prouexerat: quorum alterum res nouas molientem, damnandum ſenatui tradidit: alteri ob ingratum & maleuolum animum, domo & prouincijs ſuis interdixit, &c. Maleuolentiæ igitur iſtius ſignificationem aliquam inter pocula dediſſe apparet, idq; hic ab Ouidio notari. Addit autem idem Sueton. Sed Gallo quoq; & accuſatorum denunciationibus, & ſenatuſconſultis ad necem compulſo, H

A pulſo, laudauit quidem pietatem tātopere pro ſe indignantium: cæterùm & illachrymauit, & uicem ſuam conqueſtus eſt, quòd ſibi ſoli non liceret amicis, quatenus uellet, iraſci. Ex quibus uerbis patet, Gallum ſibi ipſi mortem conſciuiſſe, id quod & alibi Ouidius innuit, cum inquit, Corporis atque animæ prodige Galle tuæ. Seruius autem ob ſuſpicionem, tanquam in Auguſtum coniuraſſet, interfectum dicit. Vide Eclog. 10. Vergilij. E

Quid ualeant tali, quo poſſis plurima iactu
  Figere, damnoſos effugiasq; canes.
Teſſera quos habeat numeros diſtante uocato,
  Mittere quo deceat, quo dare miſſa modo.
Diſcolor ut recto graſſetur limite miles,
  Cum medius gemino calculus hoſte perit.
Vt mage uelle ſequi ſciat, & reuocare priorem,
  Nec tutò fugiens incomitatus eat.
Parua ſedet ternis inſtructa tabella lapillis,
  In qua uiciſſe eſt continuaſſe ſuos.
Quiq; alij luſus (neq; enim nūc perſequar omnes)
  Perdere rem charam tempora noſtra ſolent.

MER. Quid ualeant tali. Deſcripſere alij poetæ talorum ludum, de quo in Ouidium de Arte plenius ſcripſimus. Fingere. Ego Vincere legendum eſſe arbitror. Aut certè fingere, componere & formare plurima puncta uno iactu. Superior ſententia magis placet. Plurima, res plurimas: uel plurima puncta. Aut plurima, pro plurimum, ut ſit nomen pro aduerbio. Quo iactu, quo puncto. Venus enim in talis uictoriam afferebat, ut Canis ſiue Canicula iacturā. B Senio uerò interdum lucroſus, unde à Perſio dexter appellatur: interdum damnoſus, ut deſignat Tranquillus in Auguſto. De talis uerò & eorum inuentore abundè diximus in Ouidium de Arte amandi. Damnoſos canes, puncta illa iacturam afferentia.

Teſſera quos habeat numeros: qui numeri ſint in ludo teſſerario damnum aut uictoriam afferentes. Teſſeræ autem habent ſex latera, & quadratæ ſunt. Has cubos appellari Gellius ſcribit. Tali uerò habebant quatuor latera, & pro uario iactu uaria puncta dabant: his iam non utimur, ut alibi plenius diximus. Illud notandum, quòd in ludo talario tali quatuor adhibebantur, in teſſerario uerò tres tantummodo. unde Martialis ait: Non ſum talorum numero par teſſera. Diſtante uocato: uocato numero, qui diſtat à uictoria: hoc eſt, uocato numero qui uictoriam præſtat: aut, qui reſtat ad uictoriam obtinendam. quibus uerbis deſignat poetas aliquos docuiſſe, quomodo teſſeris ludendum ſit. Quam rem etiam in Arte amandi Ouidius monet eo uerſu: Parua monere pudet, talorum dicere iactus Vt ſciat, & uires teſſera miſſa tuas. Mittere quo deceat: quomodo deceat mittere C paruas illas tabellas, quibus utimur in alucolo. Quo dare miſſa modo: quomodo etiam cautè deceat locare eas à colluſore miſſas. hoc eſt, quum ille teſſeras miſit: nam in eo ludo non modò ex noſtro tabellas mouemus, ſed plerunq; etiam ex colluſoris iactu.

Diſcolor miles, calculus tuus diuerſi coloris. Nam calculi ſeu latrones olim fiebant ex uitro, & in duas partes diuerſi colores diuiſi, alij appellantur milites, alij hoſtes. Martialis: Inſidioſorum ſi ludis bella latronum, Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit. Graſſetur: inſidietur hoſti, dum miles deprehenſus obſidetur: ut ſi is pereat, pereat etiam hoſtis cautè deprehenſus in inſidijs, ut paria faciant colluſores. Recto limite: recta & aperta uia, ne uideatur graſſari. Aut rectè ductus, ut ſolent in eo ludo calculi quidam. Quum medius calculus, quum miles tuus ab hoſte circumuentus. Perit, laborat: & eſt in pereundi periculo, niſi ei ſuccurratur. Sic & in Arte amandi: Cautaq; nō ſtultè latronum prælia ludat, Vnus quum gemino calculus hoſte perit. Gemino hoſte: uel his duobus calculis, quos regem & reginam appellant: uel certè, quum ſolus tuus latrunculus à duobus hoſtibus obſidetur. Velle ſequi, uelle hoſtem inſequi. Et D reuocare priorem: & reuocare præcedentem calculum, ne fortè per imprudentiā longius elapſus, ab hoſtibus capiatur. Parua ſedet ternis. Hunc ludum ternarium appellant, de quo plenius diximus in Ouid. de Arte amandi. Quiq; alij luſus. Ordo eſt: Et alij luſus ſunt ab alijs ſcripti, qui ſolent perdere tempora noſtra rem charam. neq; enim nunc perſequar oēs: hoc eſt per parentheſim dictū.

MICYL. Quo poſſis plurima iactu Figere.) Putat Merula hoc loco Vincere, uel Fingere, pro Figere, legendum eſſe. Quod ſi ſit (nam de Figēdi uerbo, nihil habeo quod afferam) poſterius mallē. ut ſit dictū, Fingere plurima, pro effingere, ſeu figurare, & exhibere plurimas & inter ſe diuerſas talorum facies. referaturq; ad ia- F ctum, qui Veneris nomine appellatur, qui omnium fœliciſſimus eſt, & plerunq; totum depoſitum tollere ſolet. de qua re & Martialis meminit libro 14. his uerbis:

Cum ſteterit nullus uultu tibi talus eodem,
  Munera me dices magna dediſſe tibi.

Nam cum proximè ſequatur de Cane, qui iactus damnoſus erat probabile eſt, præcedentia hæc de Venere, iactu uidelicet lucroſo, Poetam intelligere uoluiſſe, ut ceu ἀντιθέσει quadam Canis & Venus inter ſe cōpararentur. Porrò talos Græci ἀστραγάλους uocant, ipſumq; ludum ἀστραγαλίζειν, & ἀστρίζειν. Sunt aūt unius tali ſuperficies, ſiue facies quatuor: quarum prima, quæ & unitatem ſignificat, κύων, hoc eſt Canis, & χῖος item, dicebatur. Illa autem quæ huic oppoſita atq; aduerſa erat, ἑξίτης, hoc eſt Senio, et κῷος item. reliquæ duæ numeris notabantur, ternario puta, & quaternario. nam binarius & quinarius numerus in talis non erant: autor Pollux lib. 9. Meminit autem ludi huius Tranquillus in Auguſto, his uerbis: Talis iactatis, ut quiſq; canem aut G ſenionem ieceras, in ſingulos talos, ſingulos denarios in medium conferebat, quos uniuerſos tollebat, qui Venerem iecerat. Meminit & Ariſtoteles lib. 2. de Cœlo: ἔστι δὲ, inquiens, τὸ κατορθοῦν χαλεπὸν, ἢ τὸ πολλά, ἢ τὸ πολλάκις· οἷον πολλοὺς ἀστραγάλους κῴους βάλλειν ἀμήχανον, ἀλλ' ἕνα ἢ δύο ῥᾷον, &c. Tali ergo iactum, non de punctis ut in teſſera, ſed de faciebus intelligas.

Teſſera quos habeat numeros, diſtante uocato,
  Mittere quo deceat, quo dare miſſa modo.)

Locus hic obſcurior eſt, & ubi facilius ſit aliorum expoſitiones refellere, quàm certam aliquam afferre: propterea quòd multo alia ratio ludendi ueterum fuit, atq; nunc eſt. Primùm enim quē numerum diſtantem dicemus? niſi eum fortè accipiamus, qui ex tribus reliquis diſſimilis ac differens ſit. Nam tribus ferè teſſeris antiqui ludere ſolebant, id quod & prouerbium indicat, quo dicitur, Aut ter ſex, aut tres teſſeræ. Quo loco, ut hoc παρέργως adijciamus, tres teſſeræ, ſiue κύβοι Græcè, idem quod tres μονάδες, ſiue unitates, ut Pollux ait, ſignificant: qui numerus in teſſera ſenario aduerſus atq; oppoſitus eſt: idemq; ὄνος, hoc eſt aſinus uocatur. Quod ſi igitur ex tribus numeris reliquis diſſimilē ac differentem, Diſtantem ponamus: conſequens erit, ut & illud demus, talem diſtantem aliquem ſolitum fuiſſe uocari, hoc eſt, poſci ab altero, uel utroq; luſorū, quem qui teſſeras mittebat, iactu H repræſentaret. Idem enim & ex tertio de Arte colligitur, ubi inquit, Talorum dicere iactus Vt ſciat, & uires teſſera miſſa tuas,

A Et modò tres iactet numeros, modò cogitet aptè Quam ſubeat partem callida, quamq; uocet. Sed ut hæc ſic demus hoc pactoſe ſe habuiſſe, quid porrò de teſſera miſſa, & de datione miſſorũ, dici certò poteſt? Vtrum in alucolum, aut uas aliquod concauũ mitti ſolitas intelligamus? cuiuſmodi fuerint quæ à Pollu. li. 10. ἀβάκια, λίθονια, φιμοὶ, κημοὶ, & ſimilibus nominib. appellantur. Deinde ſi de hoc quoq; conſtet, quænam datio iſta dicenda erit, qua certo modo, certaq; lege miſſa dabantur? Neq; enim de orbiculorum, quorum hodie uſus eſt, collocatione intelligi placet, cum de iis ueterũ nemo meminerit, eamq; expoſitionẽ Merula de ſuo afferat, abſq; aliquo autore. Et in ſecundo de Arte, ubi eiuſdẽ ludi mentio fit, Dandi uerbũ ferè idem quod remittere atq; cōcedere, ſignificare uidetur. Nam cum amatorem ita inſtitueret, ut amatæ beneuolentiam quoquo modo ſibi conciliaret, inter ludendum quoq; iubet ut det operã, ne ambitioſe uictoriã ſibi quærat, ſed ultro ludenti ſecum puellæ illam remittat, his uerbis: Si ludat, numeroſq; manu iactabit eburnos, Tu male iactato, tu bene iacta dato. quod eſt: Tu uel male iacias, uel ſi fortè iactus ipſe bene ceciderit, eum illi remittas, ſiue concedas. Nam quomodo B aliàs dari iacta intelligamus? Proinde ego planè fateor, me hũc locum parum intelligere. Vt tamen aliquid hic addamus, quod lectorẽ iuuet, ſciendum, eum teſſerarũ ludum, quo qui plurimũ punctorum ſiue unitatum iactum uiciſſet, depoſitum auferebat, πλειστοβολίνδα παίζειν, antiquitus & Græcè uocari. autor Pollux libro 9. Cum medius gemino calculus hoſte perit.) Neq; hunc locum ſatis cōmodè explicat Merula. Falluntur enim qui eundẽ E ludũ eſſe putant eum de quo hic dicitur, & qui noſtra ætate Scachiæ, & ueteris imitatione, latrunculorum uocatur. id quod ex ipſis uerbis poetæ intelligitur, cum inquit, Cum medius gemino calculus hoſte perit. & rurſum, Nec tuto fugiens incomitatus eat. Item lib. 3. de Arte,

Vnus cum gemino calculus hoſte perit.
Bellatorq; ſuo prehenſus cum corpore bellet
Aemulus, inceptum ſæpe recurrat opus.

Nam neq; comite opus ubiq; habent noſtræ ætatis latrunculi, ſiue milites: neq; ſtatim capiuntur, etiamſi qui ſinguli inter geminos diuerſæ partis deprehendantur. Et quod hic de rege & regina, qui noſtri temporis ſunt, Merula meminit, de eo nullus ueterum mentionem facit. Quare is ludus, de quo hoc loco Ouidius agit, totus alius atq; diuerſus ab eo eſt, quem noſtra ætate Scachiam uocãt, Græceq; πλινθίον, Latinè ut puto laterculus appellatur. cuius rationem Pollux lib. 9. deſcribit his uerbis, ἡ δὲ διὰ πολλῶν ψήφων παιδιὰ, πλινθίον ἐστι, χώρας ἐν γραμμαῖς ἔχον διακειμένας. καὶ τὸ μὲν πλινθίον πόλις καλεῖται, τῶν δὲ ψήφων ἑκάστη κύων. διῃρημένων δὲ εἰς δύο τῶν ψήφων, κατὰ τὰς χρόας, ἡ τέχνη τῆς F παιδιᾶς ἐστι περίληψις τῶν δύο ψήφων ὁμοχρόων τὴν ἑτερόχρουν ἀναιρεῖν. Vides hanc deſcriptionem Pollucis, cum uerſib. Ouidii per omnia ferè conuenire, niſi quod Ouidius eius quæ πόλις dicitur mentionem nullam facit. & quos Pollux canes uocat, ipſe latrones ac milites appellat.

Ecce canit formas alius, iactusq; pilarum.
Hic artem nandi præcipit, ille trochi.
Compoſita eſt aliis fuſcandi cura coloris.
Hic epulis leges, hoſpitioq; dedit.
Alter humum, de qua fingantur pocula, monſtrat,
Quæq; docet liquido teſta ſit apta mero.
Talia luduntur fumoſo menſe Decembri,
Quæ iam non ulli compoſuiſſe nocet.

MER. Ecce canit formas: docuere alii etiam formas et genera pilarum, quæ quatuor fuere. Erat pila trigonalis omnium minima dura, pilo plena: unde etiam nomẽ accepit. Dicta aũt Trigonalis à Trigone, qui locus erat in thermis triquetra, id eſt triangulari figura, quam Græci τρίγωνον uocant, ad huiuſmodi pilæ luſum ædificatus. hæc reddebatur tam dextra, quàm ſiniſtra manu. Martialis: Captabat te C pidum dextra læuaq; trigonem. Erat præterea pila Paganica, à pagis, id eſt uillis dicta, quòd pagani ea uterentur. ea laxior erat, & pluma plena. Martialis: Nec quæ difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa eſt, & minus arcta pila. Erat & tertiũ pilæ genus, quod ex pelle fiebat, & ſpiritu inflabatur, pugno reddi ſolitum, non palma, ut reliquæ pilæ. Vnde Plautus in Rudente follem pugillatorium appellat: Ego te, inquit, follem pugillatoriũ faciam, & pendentem incurſabo pugnis periuriſſime. A' flatu autem quo impletur, nomen obtinuit: ſiue à pelle, quam ueteres follem appellarunt. Eam pilam Tranquillus folliculum nominauit, ſcribens Auguſtum ad pilam primò, folliculumq; tranſiſſe. Erat præterea quartum pilæ genus, quod (ut quidam uolunt) Harpaſtum appellabatur, ſiue Phænnida. Fiebat è panno, aliquando ex pelle, lana, tomento'ue implebatur. laborioſum erat hoc ludi genus. Nam multi ludentes in duas partes diuiſi, è regione ſibi inuicem oppoſiti, ad ſuos tranſmittere pilam conabantur: quam aduerſarii arripiebãt. ea ſæpe in terram decidebat, ad quam cateruatim currentes ſe inuicem proſternebant, puluereq; & ſudore infecti ſurgebant. Fuſcandi coloris. Fuſcum, ſignificat atrum & nigrũ. Hinc fit uerbũ fuſcare. Hoc D dicit: Docuere etiã alii, ut fuſcos redderent adoleſcentes Romanos, uaria certamina campi Martii, in quibus corpora exercebãt: qui color in amante laudabatur. quod ipſe præcipit in Arte amandi eo uerſu: Munditiæ placeant, fuſcentur corpora cam

po. Hic epulis leges, profeßi ſunt & alii popinæ ſcientiã. Inter quos etiam Apicius: de quo Senec. in lib. de Conſolatione ad Albinã ita ſcribit: Atqui Apicius noſtra memoria uixit, qui in ea urbe, ex qua aliquando philoſophi uelut corruptores iuuentutis abire iußi ſunt, ſcientiã popinæ profeſſus, diſciplina ſua ſeculũ infecit. Cuius exitum G noſſe operæpreciũ eſt. Quũ ſeſtertiũ millies in culinã congeſſiſſet, quũ tot congiaria principũ et ingens Capitolii uectigal, ſingulis comeſſationibus hauſiſſet, ære alieno oppreſſus, rationes ſuas tunc primùm coactus inſpexit, ſuperfuturum ſibi ſeſtertium cẽties cōputauit: et uelut in ultima fame uicturus, in ſeſtertio centies ſi uixiſſet, ueneno uitã finiuit. Scripſit Apicius etiam libros amorum, quos Cōmodus imperator in lecto ſemper habuit, ut eſt autor Spartianus. Hoſpitio, hoſpitibus quibus lautiores epulæ apponi ſolent. De qua fin. poc. Apud Romanos olim eò peruenit luxuria, ut fictilia uaſa eſſent in maximo precio. Samia maximè laudabantur in eſculentis. Retinebat hãc nobilitatẽ & Aretiũ in Italia: & calicũ tantũ Surrentũ, Aſta, Pollentia: in Hiſpania Saguntũ, in Aſia Pergamum. Habuere & Trallis opera ſua. Cois laus maxima. Hadrianis firmitas. nobilitata fuere oppida, ut Rhegiũ & Cumæ: autor Plin. Vitellius in principatu ſuo 200. ſeſtertiis cōdidit patinã, cui faciendæ fornax in campis exædificata erat: quoniam eò peruenit luxuria, ut etiam fictilia pluris conſtarent quàm Murrhina. Vnde etiã apud Iuuenalem Montanus ita alloquitur Domitianũ: Teſta alta paretur, Quæ tenui muro ſpacioſum colligat orbẽ, Debetur magnus patinæ, ſubitusq; Prometheus, Argillam atq; rotã citius properate. ſed ex hoc Tempore iam Cæſar figuli tua caſtra ſequantur. Figulinã aũt fabricã inuenit Chorebus Athenienſis, autore Plin. H Quæ teſta, quod uas fictile et ex terra. Duo, inqt, alii docẽt, & ex quo genere terræ fiant pocula, & quod ex his magis ſit aptũ potui.

Talia

A Talia lu. talia uaſa celebrantur à poetis Saturnalib. Decemb. menſe. Vnde etiã Martial. in Apophoretis, calices Surrentinos laudat, ac etiã Saguntinos. Fumoſo Dec. id eſt Saturnalibus, quæ celebrabantur Decembri menſe, ut docet Macrobius. Fumoſum aũt eleganti epitheto appellat Decembrem, propter ignem, qui eo menſe maximè fieri ſolet, unde fumus etiam ſequitur. Idem quandoque candidus appellatur, propter niues.

ICYL. Formas, iactusq; pilarum, &c.) De pilis, & earũ uario luſu, Pollucem uide, ex quo hic Merula quædã accepiſſe uidetur, ſed parũ rectè digeſſiſſe. Nam quæ hic ſphæræ, ſiue pilæ, cuius ludus φαινίνδα græcè dicitur, aſcribit, ea Pollux ei generi, quod ἐπίσκυρον & ἐφετίνδα uocarũt, attribuere magis uidetur. uide lib. 9. E

Fuſcandi cura coloris.) Ego ſimpliciter intelligo, quoſdam ſcripſiſſe rationem atq; artem fuſcandi coloris, hoc eſt, unde color corporis fuſcus redderetur: non, ut Merula, genera certaminum, quorum exercitatione corpus à ſole atq; aere coloraretur.

Talia ludũtur fumoſo multa Decembri.) Talia intellige carmina, ſiue poemata. ut ſit dictum, Talia luduntur, pro, per luſum componuntur eo menſe, quando Saturnalia aguntur, quibus diebus ſumma rerũ licẽtia eſt, ludereq; impunè antiquitus permiſſũ.

His ego deceptus non triſtia carmina feci,
Sed triſtis noſtros pœna ſequuta iocos.
Deniq; non uideo de tot ſcribentibus unum,
Quem ſua perdiderit Muſa, repertus ego.
Quid ſi ſcripſiſſem mimos obſcœna iocantes,
Qui ſemper * ficti crimen amoris habent?
In quibus aſsiduè cultus procedit adulter,
Verbaq; dat ſtulto callida nupta uiro.
Nubilis † hic uirgo, matronaq;, uirq;, puerq;
Spectat, & ex magna parte ſenatus adeſt.
* Non ſatis, inceſtis temerari uocibus aures,
Aſſueſcunt oculi multa pudenda pati.
Cumq; feſellit amans aliqua nouitate maritum,
Plauditur, & magno palma fauore datur.
Quodq; minus prodeſt, pœna eſt lucroſa poetæ,
Tantaq; non paruo crimina prætor emit.
Inſpice ludorum ſumptus Auguſte tuorum,
Empta tibi magno talia multa leges.
Hæc tu ſpectaſti, ſpectandaq; ſæpe dediſti:
Maieſtas adeò comis ubiq; tua eſt.
Luminibusq; tuis, totus quibus utitur orbis,
Scenica uidiſti lætus adulteria.
Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos,
Materiæ minor eſt debita pœna meæ.
An genus hoc ſcripti faciunt ſua pulpita tutum?
Quodq; libet, mimis ſcena licere dedit?
Et mea ſunt populo ſaltata poemata ſæpe,
Sæpe oculos etiam detinuere tuos.
Scilicet in domibus ueſtris, ut priſca uirorum
Artifici fulgent corpora picta manu:
Sic quæ concubitus uarios, * Venerisq; figuras
Exprimit, eſt aliquo parua tabella loco.

[Margin: * ioc. fi — † hæc — * Nec — † morales — * uariasq;]

MBR. His ego deceptus, deceptus horum exemplo. Non triſtia carmina: non triſtes uerſus, ſed iocoſos. Triſtis pœna. Exilium dicit. Quid ſi ſcripſiſſem mimos. Mimi erant poemata ſine reuerentia laſciuiam imitantia, quæ à mimographis, B id eſt ſcriptoribus mimorum ludis ad comœdiæ formam compoſita in ſcenis agebantur. Dicebantur etiam mimi Ethologi, id eſt, theatrales. Mimum eſſe ſcribit Diomedes, ſermonis cuiuſlibet motum ſine reuerentia, uel factorum cum laſciuia imitationem. Ita appellatus eſt, quaſi ſolus imitetur, quum & alia poemata idem faciant: ſed ſolus, quaſi priuilegio quodam, quod fuit commune, poſſedit. Dictus eſt autem à uerbo græco μιμέομαι, quod ſignificat imitor. C Hæc fabularum ſpecies latinè Planipes uocatur. Donatus ſcribit, mimos appellatos à diuturna imitatione uilium rerum, & leuium perſonarum: ſic dicta, quòd planis pedibus, id eſt nudis proſcenium introirent: non ut tragici autores cum cothurnis, neq; ut comici cum ſoccis olim. autor Diomedes. Habent crimen, habent criminationem. Ficti amoris: amantis alicuius introducti in eo poemate, in quo ficta narrantur. In his autem uerſibus licet intueri, quod genus poematis fuerit mimus. Inceſtis uocibus, impudicis uerbis. Multa pudenda: multa obſcœna, quæ fiunt in ſcena ab ipſis mimis.

Aliqua nouitate: aliquo nouo inuento, quod in eo poemate à mimographis deſcribitur. Plauditur, cum lætitia excipitur. Palma datur, uictoria conceditur. Quodq; minus prodeſt.

D Ordo eſt: Et id quod minus prodeſt, eſt pœna lucroſa poetæ. Lucrantur, inquit, poetæ ex eo opere, quod minus prodeſt, quum pœna afficiendi eſſent. Prætor emit. Prætores enim, ſeu ædiles ludos faciebant, & à poetis fabulas emebant, quas ludorum die recitari iubebant. unde legimus Andriam Terentij actã ludis Megalenſibus. Aliam ludis funebribus. Aliam ludis Romanis. Inibi etiã ædilium nomina deſcribuntur. Scribit etiam Tranquillus, ludis Decium Laberium equitem Romanum mimum ſuum egiſſe, donatumq; fuiſſe quingentis ſeſtertijs, & annulo aureo. F Tuis luminibus, tuis oculis. Quibus utitur totus orbis, quibus totum orbem uides & gubernas. Scenica adulteria, adulteria quæ à mimographis in ſcena recitata fuere. Imitantes turpia, inhoneſta imitantes. Imitabantur enim inhoneſtos mores hominum, ac naturas. unde etiam mimi nomen deducitur, ut diximus. Materiæ minor eſt debita pœna meæ. G Ordo talis: Pœna minor eſt debita meæ materiæ. quaſi dicat, Si mimographi non puniuntur, qui magis turpia ſcripſere, nec ego puniendus ſum: quandoquidem materia mea honeſtior eſt mimorum ſcriptis. Eſt debita, debetur. Sua pulpita: ſua proſcenia, quæ erant ante ſcenam, ubi ludicra exercebantur, ut Seruius docet. Scena licere dedit: eas obſcœnitates licet in ſcena ſpectare, & eorum autoribus ea impunè agere in ſcena conceſſum eſt. Et mea ſunt populo ſaltata poemata ſæpe, Sæpe oculos etiam detinuere tuos. A ſimili arguit, eius quoq; poemata in ſcena recitata eum illæſum præſtare debere, quum præſertim ſæpe illis interfuerit Auguſtus.

Scilicet in domibus ueſtris. quaſi dicat: Quemadmodum in ædibus ſunt quædam honeſta, quædam uerò turpia: ſic ego ſcripſi uaria poematum genera, laude aut uituperatione digna. H In domibus ueſtris, in Palatina porticu: de qua diximus abundè in Ouidium de Arte amandi. Priſca corpora uirorum: corpora uirorum fortium picta, qui priſcis temporibus fuere.

A *Sic quæ concubitus, &c. Obſcurè hic deſignat Ouidius, quod Tranquillus apertius denotat in Tiberio his uerbis: Cubicula pluriſariam diſpoſita tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarum picturarum ac figurarum adornauit, librisq́; Elephantidis inſtruxit, ne cui in opera edenda, exemplar impetratæ ſcenæ deeſſet.* B

Vtq́ꝫ ſedet uultu faſſus Telamonius iram,
 Inq́ꝫ oculis facinus barbara mater habet,
Sic madidos digitis ſiccat Venus uda capillos,
 Et modò maternis tecta uidetur aquis.
Bella ſonant alij telis inſtructa cruentis,
 Parsq́ꝫ tui generis, pars tua facta canit.
Inuida me ſpacio natura coercuit arcto,
 Ingenio uires exiguasq́ꝫ dedit.
Et tamen ille tuæ fœlix Aeneidos autor
 Contulit in Tyrios arma uirumq́ꝫ toros.
Nec legitur pars ulls magis de corpore toto,
 Quàm non legitimo fœdere iunctus amor.
Phyllides hic idem, teneræq́ꝫ Amaryllides ignes
 Bucolicis iuuenis luſerat antè modis.

MER. *Vtq́; ſedet uultu. Tabulas Aiacis & Medeæ intelligit, à Cæſare ante ædem Veneris Genitricis dicatas, ut eſt autor Plinius. Faſſus iram uultu: oſtendens uultu, ſe eſſe iratum, quòd arma Achillis Vlyſſi adiudicata fuiſſent. Aiax enim Telamonius filius fuit et Eribœæ Alcathoi filiæ: qui uidens arma Achillis non ſibi, ſed Vlyſſi in uirtutis ſingulare præmium potius fuiſſe conce-*
B *ſſa, in inſaniã conuerſus eſt. Et cum ad Vlyſſis paſcua deueniſſet, ratus illius commilitones occidere, oues & quædam pecora trucidauit, atq; alia nonnulla in caprum quendã, quem Vlyſſem eſſe putabat, crudeliter attentauit. Quæ poſtquam ſe per inſaniam feciſſe reſciuit, arrepto proprio gladio ſeipſum interfecit, ut docuit Sophocles in ea tragœdia, cuius titulus eſt, αἴας μαστιγοφόρος. Eorum contentionem elegantiſſimè deſcripſit Ouid. lib. 13. Metam. Sepultus autem fuit Aiax in Rhœteo promontorio. De inſaniæ autẽ Aiacis cauſa aliquid dicamus. Ariſtoteles in Problem. ſcribit, homines qui ingenio claruerunt, melancholicos omnes fuiſſe: & alios ita, ut etiam uitijs atræ bilis infeſtarentur, ceu inter heroes de Hercule fertur. Hic enim ea ipſa fuiſſe natura putatur: & morbũ comitialem ſacrũ ab illo, & Herculeum priſci nominauere. Puerorum quoq; motio mentis idem hoc explicat, & eruptio ulcerum, quæ mortem interdũ antecedit: id enim pleriſq; atra bile cõſiſtit, et Lyſandro Lacedæmonio proximè ante obitum genus id ulcerum emerſit. Adde Aiacem & Bellerophontem: quorum alter penitus ad inſaniam prorupit, alter loca pro-*
C *ſequebatur deſerta. Vnde illud Homeri: Aſt hic quãdo etiam grauior dijs omnibus errat In cãpos ſolus latos, inq́; auia rura, Ipſe ſuum cor edens, hominum ueſtigia uitans. Scribit Pauſanias, Aeolenſes de armorum iudicio ſcribere ſolitos, facto ab Vlyſſe naufragio, contra Aiacis tumulum arma delata fuiſſe. De illius uerò corporis magnitudine, Myſum quendam ei dixiſſe multa. Inter cætera aiebat, mare ad eam tumuli partem, quæ littus reſpicit, inundaſſe, aditumq́; ad monumentum paraſſe non difficilem. Cadaueris magnitudinem uel ex hoc eum animaduertere iubebat, quòd ipſe pedis illius talo pro diſco uteretur, ac potiſſimũ his genuum oſſibus, quæ medici molas uocant. Idem autor ſcribit, qui Salaminem incoluere, Aiace mortuo, tunc primum apud ſe florem enatum dixiſſe. Inq́; oculis facinus. Medea Iaſonis amore capta, illum è Colchis in Theſſaliam ſequuta eſt. Quumq́; decennium Corinthi ſecum fuiſſet, filiosq́; etiam peperiſſet, ſpreta ob nouam nuptã, Creuſam ſcilicet, uel Glaucã Creontis filiam, ut alij appellant, furore ducta domum incendit, radice quadam à Circe inuenta, ea uirtute, ut incenſus ignis nequiret extingui. Iaſon tamen euaſit, Glauca & pater igne abſumpti ſunt. Quidam tamen ſcriptores uolunt, Medeæ filios dona quædam ſponſæ at-*
D *tuliſſe uenenis illita: quibus tactis, ſponſa & pater cõſumpti ſunt. Irata autẽ Medea, quòd Iaſon euaſerat, eamq́; ſpreuerat, in eius calamitatẽ omnes iugulauit natos, excepto uno, qui fugit, Theſſalo ſcilicet. Huius rei meminit Diodorus lib. 5. Scribit Pauſan.*

*Mermerũ ac Pheretem Medeæ filios lapidibus obrutos fuiſſe à Corinthijs, quoniam munera Glaucæ detulerint. Idẽ autor tradit, Medeam liberos peperiſſe, et clam omnibus in Iunonis templum detuliſſe, quòd eo pacto immortales futuros ſperabat. Tandem quum & ipſa ſe opinione ſua fruſtrari animaduerteret, ab Iaſone quoque deprehenſa eſt: qui errati ueniã petenti non conceſſit, ſed Iolcum ena-* F
*uigauit. quas ob res tradito Siſypho regno, abijt. De Medeæ ſæuitia Virg. in Buc. ſic ait: Sæuus amor docuit natorũ ſanguine matrem Cõmaculare manus, crudelis tu quoq; mater. In ea igitur tabula, Medeæ filios occidentis facinus continebatur: quæ omnia dicit picta fuiſſe in locis imperatoris Augusti. quibus uerbis deſignat, magis hæc fuiſſe eijcienda, quàm eius ſcripta. Sic madidos digitis. Venerem deſignat ab Apelle pictam, de qua ita Plinius ſcribit: Venerem exeuntẽ è mari Diuus Auguſtus dicauit in delubro patris Cæſaris, quæ Anadyomene uocatur, uerſibus græcis, tali opere, dum laudatur, uicto, ſed illuſtrato. Huius inferiorem partẽ corruptam qui reficeret, non poterat inueniri: uerùm ipſa iniuria ceſſit in gloriam artificis. Conſenuit hæc tabula carie, aliamq́; pro ea Nero in principatu ſuo ſubſtituit Dorothei manu. Apelles inchoauerat aliam Venerem Cois, ſuperaturus etiam illam priorẽ. Inuidit mors peracta parte: nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta, inuentus eſt. De Venere Apellea meminit Ouidius in tertio de Arte amandi, eo uerſu, Si Venerem Cous nunquam pinxiſſet Apelles, Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis. Et alibi: Vt Venus artificis la-* G
*bor eſt & gloria Coi, Aequoreo madidas quæ premit imbre comas. De ea Auſonij quoq; tale extat epigramma: Emerſam pelagi nuper genitalibus undis Cyprin Apellei cerne laboris opus. Vt complexa manu madidos ſalis æquore crines, Humidulis ſpumas ſtringit utraq; comis. Iam tibi nos, i præ, Iuno inquit, et innuba Pallas, Cedimus, & formæ præmia deperimus. Et modò maternis: & apparet paulo antè tecta fuiſſe mari, è cuius ſpuma nata fuiſſe dicitur. ut non immeritò aquas maternas appellarit. Ferunt enim Cœlo patri Saturnum pudenda abſcidiſſe: quibus in mare deiectis, Venerem procreatã, quæ à ſpuma, unde coaluit, ἀφροδίτης nomen accepit, dicente ipſa apud Ouidium in 4. Metamor. Aliqua & mihi gratia ponto eſt, Si tamen in medio quondam concreta profundo Spuma fui, gratumq́; manet mihi nomen ab illa. Cur autem id ita fictum fuerit, docet Macrobius in primo Saturnal. Deuecta autem fuit Venus concha in Cythera, quum primùm è mari orta fuiſſet. Vnde conchæ à Martiale Cytheriacæ, & à Propertio Erycinæ appellantur. Sonant, canunt. Tui generis: Lucij, Caij, Tiberij, Druſi, Germanici, & aliorum. Inuida me ſpacio. Dicit ſibi à natura non eſſe tantum ingenij conceſſum, ut poſſit Auguſti laudes deſcribere. Fœ-* H
*lix Aeneidos autor. Maronem deſignat, qui in Auguſti gratiam ſcripſit Aeneida. In Tyrios toros, in lectum Tyriæ Didonis. Innuit autem quartum Aeneidos librum: quibus uerbis colligit,*

Plin. lib. cap. 10.

inhoneſta

A *inhoneſta etiam operi ſuo inſeruiſſe Virgiliũ.* Arma uirumq;, *Aeneam, & eius bella. quaſi dicat, Ab Aenea & eius geſtis, ad laſciua deſcribẽda peruenit.* Nec legitur pars ulla magis. *Quartum Aeneidos dicit: qui propter carminis laſciuiam & affectus plurimum delectat, & magis, quàm cæteri, legitur.* De corpore toto, *de toto opere.* Quàm non legitimo, &c. *quàm Didonis cum Aenea illicitus coitus. Vnde Maro de ea inquit: Coniugium uocat, hoc prætexit nomine culpam.* Phyllidis hic idem. *Cecinit Maro iuuenis admodum in Bucolicis, Phyllidis & Amaryllidis amores.* Modis Bucolicis, *numeris Bucolici carminis.* B

Nos quoq; iampridem ſcripto peccauimus iſto;
Supplicium patitur non noua culpa nouum.
Carminaq; edideram, cum te delicta notantem
Præterij toties irrequietus eques.
Ergo quæ iuueni mihi non nocitura putaui
Scripta parum prudens, nunc nocuere ſeni.
Sera redundauit ueteris uindicta libelli,
Diſtat & à meriti tempore pœna ſui.
Ne tamen omne meum credas opus eſſe remiſſum,
Sæpe dedi noſtræ grandia uela rati.
Sex ego Faſtorum ſcripſi, totidemq; libellos,
Cumq; ſuo finem menſe uolumen habet.
Idq; tuo nuper ſcriptum ſub nomine Cæſar,
Et tibi ſacratum ſors mea rupit opus.
Et dedimus tragicis ſcriptum regale cothurnis,
Quæq; grauis debet uerba cothurnus habet.
Dictaq; ſunt nobis, quamuis manus ultima cœpto
Defuit, in facies corpora uerſa nouas.
Atq; utinam reuoces animum paulìſper ab ira,
Et uacuo iubeas hinc tibi pauca legi.
Pauca, quibus prima ſurgens ab origine mundi,
In tua deduxi tempora Cæſar opus.
Aſpicies quantum dederis mihi pectoris ipſe,
Quoq; fauore animi teq; tuosq; canam.
Non ego mordaci diſtrinxi carmine quenquam,
Nec meus ullius crimina uerſus habet.
Candidus à ſalibus ſuffuſis felle refugi:
Nulla uenenato littera mixta ioco eſt.
Inter tot populi, tot ſcripti millia noſtri,
Quem mea Calliope læſerit, unus ero.
Non igitur noſtris ullum gaudere Quiritem
Auguror, at multos indoluiſſe malis.
Nec mihi credibile eſt, quenquam inſultare iacenti,
Gratia candori ſi qua relata meo eſt.
His precor, atq; alijs poſſint tua numina flecti,
O' pater, ô patriæ cura ſalusq; tuæ.
Non ut in Auſoniam redeam, niſi forſitan olim,
Cum longo pœnæ tempore uictus eris.
Tutius exilium, pauloq; quietius oro,
Vt par delicto ſit mea pœna ſuo.

MER. Iſto ſcripto, *iſto laſciuo ſcribẽdi genere. Scripſit enim iuuenis primũ libros de Arte amandi.* Non noua culpa, *non nouum crimen ſcribendi amatoria.* Suppli cium nouum, *nouam pœnam. nam quum iamdiu hæc ſcripſerim, nunc tandem punior. Vel cer-* B *tè hoc dicit: Quum alij etiam laſciua poemata ediderint, ſolus afficior nouo ſupplicio, quo in nullum ante me hanc ob cauſam animaduerſum fuit.* Quum te delicta notante. *Deſignat Auguſtum cenſorem minimè notaſſe ſe equitem prætereuntem de more, ut ſuperius docuimus cenſores factitaſſe.* Sui meriti, *ſuæ culpæ.* Eſſe remiſſum: *eſſe abiectum, humile, & laſciuum.* [Hoc poſterius melius, *ut ſit Remiſſum, idem quod ſolutum. Sic enim* C *& mores ſolutos dicimus.*] Grandia uela, *maiorem materiam.* Cumq; ſuo finem menſe libellus habet. *Se digeſſiſſe dicit Faſtorũ opus in duodecim uolumina, & unicuiq; menſi ſuum aſsignaſſe, & eo pacto cum menſibus ea finem habent.* Idq; tuo nuper, &c. *Ouidius relegatus in Pontũ, Faſtorum libros, pleriſque additis ac mutatis, Germanico Druſi priuigni Auguſti filio inſcripſit, ut eius* D *precibus ab Auguſto reditum impetraret: quum eos antea Auguſto dicaſſet, ut ex hoc carmine percipi poteſt.* Et tibi ſacratum, *& tibi dicatum.* Sors mea, *meum infortunium & exilium. Eo enim tempore in exilium eiectus eſt, quo opus illud ſcripſit.*

Et dedimus tragicis, &c. *Tragœdiam Medeam dicit, quæ (auctore Fabio) oſtendere uidetur, quantum uir ille præſtare potuerit, ſi ingenio ſuo temperare, quàm indulgere maluiſſet.* Grauis cothurnus, *grauis tragicus ſtilus. Graues enim perſonæ, & reges, in* F *tragœdijs inducuntur. Vnde non immeritò ſuperius dixit, Omne genus ſcripti grauitate tragœdia uincit.* Manus ultima, *caſtigatio ipſa. Opus enim illud inemendatum emiſit.* In facies corpora uerſa nouas, *corpora mutata in nouas figuras. ex quo Metamorphoſim deſignat.* Hinc, *ex hoc Metamorphoſeon opere.* Quantum pectoris, *quantum animi & facundiæ.* Diſtrinxi, *laceraui.* Crimina ullius, *criminationes alicuius.* Candidus, *ego innocens.* A' ſalibus, *à iocis.* Suffuſis felle, *aſperſis amaritudine.* Venenato ioco, *mordaci ioco.* G Inter tot milia noſtri populi, *inter tot milia Romanorum.* Inter tot milia noſtri ſcripti, *inter tot milia noſtrorum carminum.* Quem mea Calliope læſerit: *quia in exilium eiectus fui ſub prætextu carminum Artis amatoriæ.* Inſultare, *deridere.* H Gratia cãdori. *ordo eſt: Gratia eſt relata meo candori, ſi qua, ſubaudi, relata eſt.* Eris uictus, *eris placatus.* Tutius exiliũ: *locum magis tutũ, quàm Tomũ.* Vt par delicto: *ut talis ſit pœna, quale meruit crimẽ meum, quod eſt perexiguũ.*

TRISTIVM LIBRI SECVNDI FINIS.

P. OVI-